Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0001-6

od
beh.
Mü

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0002-2

# EXERCITATIO JVRIS PVBLICI
DE
# AVSTRAEGIS
S. R. G. I.
# COMITVM
CVMPRIMIS
VVETTERAVICORVM ET SVEVICORVM
ATQVE EX FRANCONICIS
HOHENLOICORVM
# CONVENTIONALIBVS,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
**DN. GVILIELMO HENRICO**
DVCE SAXONIAE IVL. CLIV. MONT. ANGAR. WESTPH.
COMITE SAYNAE ET WITGENSTEINII RELIQVA.
PRAESIDE
**DN. DIETERICO HERMANNO KEMMERICHIO, ICTO,**
SERENISS. SAX. DVCVM STIRP. ERNEST. CONSILIARIO AVLICO
COD. ET NOVELL. PROF. P. CVRIÆ PROVINC. FACVLT. IVRID.
ET SCABIN. ASSESSORE. ORDINIS SVI H. T. DECANO.
PATRONO ET PRAECEPTORE SVO
OBSERVANTISSIME COLENDO
*DIE XII. AVGVSTI A. M DCC XXXIV.*
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
**IOHANNES LVDOVICVS DESIDERIVS VLMERVS.**
HOENLOICO-FRANCVS.

*JENAE*, LITTERIS MVLLERIANIS.

Z. 7/10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0003-8
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0004-3

# A LEURS EXCELLENCES ILLUSTRISSIMES

MONSEIGNEUR LE COMTE

# PHILIPPE ERNESTE

COMTE DE HOHENLOH, SEIGNEUR A LANGENBOURG, CONSEILLER INTIME DE SA MAJESTE' IMPERIALE ET CATHOLIQVE, ADMINISTRATEUR DES FIEFS DE LA COMTE' DE HOHENLOH.

MONSEIGNEUR LE COMTE

# CHRETIEN CRATON

COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD.

MONSEIGNEUR LE COMTE

# FREDERIC EVERHARD

COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD.

MONSEIGNEUR LE COMTE

# CHARLES LOUIS

COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD.

MONSEIGNEUR LE COMTE

# JEAN FREDERIC

COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0005-9

MONSEIGNEUR LE COMTE
# L O U I S
COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD.

MONSEIGNEUR LE COMTE
# CHARLES PHILIPPE
COMTE DE HOHENLOH, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET BARTENSTEIN, CONSEILLER AVLIQVE ET CHAMBELLAN DE SA MAJESTE' IMPERIALE ET CATHOLIQVE.

MONSEIGNEUR LE COMTE
# J O S E P H
COMTE DE HOHENLOH, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET BARTENSTEIN, CHANOINE DES CHAPITRES DE COLOGNE, AVGSBOURG, STRASBOURG ET ELVANGEN.

MONSEIGNEUR LE COMTE
# FERDINAND
COMTE DE HOHENLOH, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET PFEDELBACH, CHANOINE DU CHAPITRE DE STRASBOURG.

## MESSEIGNEURS

# MESSEIGNEURS,

ENtre les obligations d'un homme de bien, c'en eſt une des principales de s'aquiter de ſa dette, & s'il manque à ce devoir, lorsqu'il eſt en état d'y ſatisfaire, il perd ce beau titre, & merite qu'au lieu de l'eſtimer & de l'aimer, comme on fait un honnête homme, on le mépriſe & le haïſſe. Il ya ſi long tems, MESSEIGNEURS, que je ſuis Votre debiteur, par une infinité de graces dont Vos Excellences Illuſtriſſimes m'ont comblé, entre lesquelles je puis nommer en particulier celle, qu' elles m'ont accordée d' avoir vne place dans le College établi par feu Vos Ancêtres Illuſtriſſimes; que je me vois dans une neceſſité indispenſable de ſonger à un promt payement, pour

ne pas encourir votre diſgrace par un plus long delai, Comme donc les hommes de lettres ont depuis longues années la coûtume de ſe delivrer de leur dette par un coup de leur métier, & que ceux à qui ils ont une obligation particuliere, agréent le plus cette eſpece de ſatisfaction; je me ſuis flatté que la Generoſité de Vos Excellences Illuſtriſſimes m'accordera la même grace. J'avoue, qu'en balançant d'un côté les bienfaits dont il Vous a pleu de m' accabler, de l' autre, la marque de reconnoiſſance que j'oſe Vous offrir, il y a une telle inegalité entre la dette & le payement, que je ne puis qu'en rougir, & il me faut confeſſer, que je ne me décharge que de la moindre partie de ce que je Vous dois. Je Vous conſacre donc, MESSEIGNEURS, par ces lignes, tout ce qui eſt en moi, Vous proteſtant

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0008-5

teſtant que Vos gracieux bienfaits ſont ſi profondement gravés dans mon coeur, qu'ils ne s' en effaceront jamais, & qu'en toutes les occaſions qui ſe préſenteront, de Vous faire voir que l'ingratitude n' eſt pas mon vice, Vous me connoitrez le ſerviteur le plus fidele & le plus ſoumis à Vos commandements; & comme c'eſt particulierement dans Vos Etats, MONSEIGNEUR FREDERIC EVERHARD COMTE DE HOHENLOH ET GLEICHEN, SEIGNEUR A LANGENBOURG ET CRANIGFELD, que j'ai eu le bonheur de naitre, je ne me puis diſpenſer de Vous témoigner une reconnoiſſance particuliere de toutes les Graces, dont j'ai joui en abondance, dès mon enfance jusqu'à preſent, par Votre puiſſant ſecours. Veuille le Ciel que je me voie un jour dans un état, où je vous puiſſe mieux

montrer le déſir ardent dont je brule de rendre à ma chere patrie des ſervices, qui me faſſent connoitre le plus reconnoiſſant homme du monde. Je ferai tous mes efforts pour y réüſſir le mieux qu'il me ſera poſſible, & dans toutes les rencontres que la faveur du ciel m'en préſentera, je me déclarerai avec toute la fidelité & toute la ſoumiſſion poſſible,

MESSEIGNEURS,

de Vos Excellences Illuſtriſſimes

le tres humble, tres obéiſſant & tresobligé Serviteur

Iean Louis Didier Ulmer.

## SECTIO I. PROOEMIALIS
### DE
# FORO AVSTRAEGARVM VNIVERSIM.

§. I.

INter præcipua Fori beneficia, quibus Proceres Imperii Rom. Germ. ac Ciues Immediati plurimi gaudent, haud dubie Forum AVSTRÆGARVM* cenſendum, vi cuius iidem ipſi ſuo arbitrio, veluti per modum compromiſſi, non tamen ſine publica Imperatoris & Imperii auctoritate, Iudices ſibi eligunt



* Vocem, *AVSTRÆGÆ*, origine Germanicam eſſe, a verbo, **austragen**, quod, uſu loquendi, idem eſt, ac *litem* rite legitimeque *finire*, indeque deſcendente nomine, **Austrag**, dictam,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0011-2

atque conſtituunt, qui cauſas ſuas, in prima inſtantia coram illis diſceptatas, cognoſcant, atque adeo, lata ſententia easdem definiendo, jus ſibi dicant.

§. II.

*Originem* Auſtrægarum, quæ obſcurior etiam rerum Germanicarum peritiſſimis viſa, curatius paulo

Latineque terminatam, tralatitium eſt. Diverſimode autem voces, Auſtrag & Austräge, prout in ſingulari vel plurali numero adhibentur, in Legibus Imperii accipiuntur. Scilicet vox, Auſtrag, maxime in ſingulari numero poſita, modo *Iudicis actum* notat, nempe, *cauſæ, prævia cognitione, deciſionem*, die Erörterung oder Entſcheidung der Sache; uti in *O. Cam. P. I. Tit. III. §. I.* verb: Auſtrag oder Erörterung, & *R. I. 1555. §. 22.* verb: Auſtrag oder Beſcheid der Entſcheids-Perſonen; modo, *Partium actum*, ſcilicet, *cauſæ controverſæ* coram Iudice *diſceptationem*, uti *O. C. P. II. Tit. VIII. §. ult.* verb: ihre Forderung und Reſtitution gebührlicher Weiß zu ſuchen, und zu Auſtrag zu bringen; quo ſenſu etiam in *C. O. C. P. II. Tit. VIII. §. pen.* dicitur; die Irrungen ſchlechter Spolien halber ſollen für dem ordentlichen Richter ausgetragen werden; modo ipſum *fori beneficium*, Proceribus competens, uti *O. C. P. II. T. 8. §. 3.* verb: ſich des Auſtrags, ſo Churfürſten ꝛc. haben, gebrauchen. Vox, Auſträge, in plurali numero adhibita, plerumque *Iudices* Auſtrægarios deſignat, v. *O. C. P. II. T. II. §. I.* welche ſonderliche gewillkührte rechtliche Auſträge gegen einander haben; interdum & vias Iudices hujusmodi conſtituendi, v. *E. C. P. II. T. 8. §. 7.* vermöge bemeldter Wege und Auſträge, drey unpartheyiſche Fürſten zu benennen.

v. BLVM. *Proc. Cam. Tit. XXVII. §. 1. 4.* & DECKHERR. *Vindic.* ad *n. 1. 2. 3.* BECHMANN. *Ex. Iur. Publ. X. §. 2.* COCCEI. Diſp. de *Auſtreg. §. 1.* SCHILT. *Inſt. Iur. Publ. Tom. I. L. IV. T. 7. §. 1.*

paulo hic inquirere, operæ pretium omnino ducimus. Plerique ad magni illius *Interregni*, quod in Sec. XIII. poſt fata FRIDERICI II. & CONRADI IV. incidit, funeſta tempora, vel ſaltem vltimos FRIDERICI II. annos, eandem referunt (a): quamvis hæc ſententia non tam teſtimoniis & exemplis, quam conjecturis, nitatur (b). Nonnulli vero antiquioribus jam temporibus veſtigia quædam Auſtrægarum inveniſſe ſibi viſi ſunt (c). Et videtur utique antiquiſſimæ



(a) Auctor hujus ſententiæ eſt HERM. CONRING. in *Ex.* de *Iudiciis Reip. Germ.* §. 53. quem plures alii ſequuntur. Vti, MONZAMB. de *Statu I. R. G. Cap. V.* § 19. TEXTOR de *Rat. Stat. Germ. C. XV. p. 410. ſeq.* & ad *Rec. Imp. d. A. 1654. Diſp. III. th. 2.* PFEIFFING. *Vitriar. Ill. L. 4. T. V.* §. 12. TITIVS *I. Publ. L. 7. C. III.* §. 2. 3. Dn. B. G. STRVV. *Hiſt. Germ. Diſſ. XXII.* §. 7. 14. & *S. I Publ. C. XXIV.* §. 35. de LVDOLFF de *Iure Camer. Sect. I.* §. *III. n. 2.* I. I. MVLLER Reichs-Tags-Theat. ſub FRIDERICO V. *Repræſ. I. C. 24.* §. 25. & ſub MAXIM. I. *P. I. Repræſ. 2. C. 41.* §. 2. *ſeqq. p. 417. ſeqq.*

(b) Ita enim CONRING. l. c. *Namque omni illo tempore nulla fuerunt Iudicia publica, neque potuerunt non interea controverſiæ inter Principes oriri. Sed & poſt Interregnum usque ad MAXIMILIANVM ea fuit Cæſarum imbecillitas, ut Principum multi ab eorum judiciis cauſas ſuſpendere noluerint. Rara quoque ex eo fuerunt Regni comitia; ſæpe etiam ſatis diu Cæſarea dignitas penes quem eſſet, incertum fuit, contendentibus inter ſe de illa dignitate haud paucis ante Carolinam Bullam. Vt proinde, tam turbulento Reip. ſtatu, etiam inviti coacti fuerint nonnulli Principes alia ſibi judicia quærere. Certe hiſce temporibus inductæ ſunt & Urbes multæ in ſimilia judicia conjurare.*

(c) v. B. I. C. SPENER *I. Publ. Germ. L. II. Cap. X. not.* (e). p. 166. ubi ex *Diplom.* ap. BOECLER *Script. Rer. Germ. Append.* ad NITHARD p. 111. ſpeciem quandam Auſtrægarum, a LVDO-

ſimæ Libertatis Germanicæ, Iudices ſibi ſuo arbitrio conſtituere amantis, obſervantiæ hac in parte aliquid tribuendum (d). Attamen forte rariora, imo rariſſima, ante Seculum XIII. Auſtrægarum reperientur exempla. Seculo autem XIII. & quidem ſtatim ab initio, atque adeo jam ante magnum iſtud Interregnum, exempla extare, Auſtrægarum puta, ſive Iudicum, in cauſis Procerum quoque, ex compromiſſo Partium, ſed auctoritate Cæſarea, judicantium, negari nequit (e). Extat quoque notabilis

VICO GERMANICO jam Epiſcopo Argent. *Ratoldo* conceſſorum, affert. Verba Dipl. ſunt: *Si quoque aliquæ querimoniæ adverſus jam dictam Eccleſiam tam de rebus & hominibus liberis & ſervis ortæ fuerint, quæ absque gravi & iniquo diſpendio diffinire nequiverint* (Iudices publici) *jubemus, ut per idoneos circa vicinos & fideles noſtros, fideliumque noſtrorum homines, pleniſſime ſub ſacramento inquiratur, & ad finem usque deducatur.*

(d) v. DECKHERR. *Vindic.* ſ. *Not.* ad BLVM. *Proc. Cam. Tit. XXVII.* §. *8. n. 11. p. m. 211.* ubi itidem ex *antiquiſſima Germanicæ Libertatis obſervantia* Auſtrægas deducit. Dn. a LVDWIG de Prærog. Würtenb. Duc. *S. II.* §. *7.* ubi, *omni tempore, in litibus ſopiendis, arbitros, id eſt,* Auſtrægas, *amaſſe Germaniam, alienam a ſtrepitu forenſi ſtudioque contendendi,* obſervat. Add. SPENER l. c. ubi, allegatis ex LL. *Longobardorum* & *Capitular. Franc.* textibus de Arbitris ſive *Iudiciis* per *Arbitrium*, idem corroborat.

(e) Extat *Laudum* ap. Dn. LVDEWIG. *T. II. Codicill. Diplom. N. 18.* p. 213. quod Archi-Epiſcopus *Magdeburgenſis*, nec non Epiſcopi *Mersburgenſis* & *Naumburgenſis* in cauſa *Marchionis Miſniæ* & *Abbatis Pegavienſis* A. 1218. pronunciarunt, hujus tenoris: *Illuſtris Dominus noſter* FRIDERICVS *Rom. Rex nobis dedit in mandatis: ut partibus convocatis, & cauſa hinc inde cognita, ipſam juſto fine tandem finitam terminaremus. Nos itaque ad MANDATVM REGIVM ad locum accedentes partes convocatas inve-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0014-9

bilis WILHELMI, inter turbas licet electi Regis, Conſtitutio, qua *Nobilibus* & *Civitatibus*, in cauſis injuriarum ſibi invicem illatarum, Iudices largitur privilegiarios, *Scultetos* certarum *Civitatum* (f). Per ipſum vero *Interregnum*, imo & per inſequutum reliquum Seculi XIII. tempus, nobis quidem nullum, in

*nimus, compoſitionem adeo deſiderantes, quod SPONTE SE NOSTRO ARBITRIO SVBMISERVNT. Nos quoque arbitrium aſſumſimus, ſine præjudicio auctoritatis, a Domino noſtro Rege nobis omnibus modis in tali negotio commiſſæ, ſicque arbitrati ſumus &c.* Quod adeo exemplum *Commiſſionis Cæſareæ ad Auſtrægas*, Kanſerl. Commiſſion auf die Austräge, eidem SPENERO l. c. præbere videtur. Addit quidem duo alia horum temporum exempla modo laudatus SPENERVS l. c. p. 167. ex TOLNERI *Cod. Dipl. N. LXX. p. 60. 61. & N. LXXVI. p. 65.* alterum de A. 1219. alterum de A. 1205. At in neutro Diplomate veſtigia quædam Auſtrægarum nobis cernere licuit. In priori enim nonniſi *Transactio* continetur inter HENRICVM *Palatinum* & *Archi-Epiſcopum Bremenſem*, non vero Laudum: ſicut nec ulla Iudicum aut Arbitrorum, qui ex compromiſſo lites horum Principum definierint, ibi apparent veſtigia: qui vero adfuerunt, Viri Illuſtres aut Nobiles, tantum ut teſtes ſubſcripſerunt, verb: *Teſtes autem hujus rei ſunt Epiſcopus Selonenſis, Adolphus Comes de Schovenborch &c.* In poſteriori itidem *Compoſitio quidem facta* inter *Conradum Epiſcopum Ratisbon.* & *Ludovicum Ducem Bavariæ:* Sed nulla Iudicum compromiſſariorum fit mentio, qui per modum ſententiæ controverſias horum Principum terminarint: nec certe *ſapientes, Barones terræ, Vaſalli*, quibuscum *Ludovicus Dux Bav. Epiſcopum Ratisb.* ſuper concordia cum ipſo facienda *convenit*, tales Iudices aut arbitri fuerunt; cum verba iſta tantum præſentiam illorum arguant, de cetero *amicabiliter concordati* dicantur.

(f) Extat eadem apud DATT *de Pace Publ. L. I. Cap. IV. n.*

in monumentis rerum relatum, Auſtrægarum, conventione conſtitutorum, legere licuit exemplum (g).

§. III.

---

200. ibi: *Si autem Nobiles & Domini prædicti, per Civitates ſibi illatas injurias conquerantur, ipſi propter hoc nullum captivabunt, ſed coram Nobis, vel A. Comite de Waldeck noſtro Iudiciario, aut Sculteto Boppardienſe, Sculteto Francofurtenſe, Oppenheimenſe, Hageno, Weiſſenburgenſe vel Colmarienſe, ſuas injurias recto judicio per juſtam ſententiam proſequentur. Ita quod quilibet Nobilis & unaquæque Civitas & oppidum recurſum habeat ad Iudicem, unum de prædictis plus ſibi vicinum, pro ſuis injuriis proſequendis.*

(g) Exhibentur quidem ex his quoque temporibus exempla quædam Arbitrariorum Iudiciorum, SPENERO l. c. itidem laudata, eaque apud LVDWIG. *Reliqv. Mss. Tom. I. Num. 73. p. 99.* & *n. 84.* p. 112. extantia. Alterum de A. 1268. quo lis inter *Monaſterium* DOBRILVCENSE & ORTOLFVM de DEWYN circa allodium in *Schackau* compoſita eſt: de quo teſtatur *Diploma* HENRICI Miſn. March. verb: *quod, cum ſuper diſſenſione, que vertebatur inter dominum* Abbatem *&* Conventum *de* Dobirlug *ex una, &* Ortolfum *de* DeWin *ex parte altera, in* Botonem *de* Ylburg, Albertum *dapiferum de* Burn, *&* Thymonem *de* Scolueſtorf *ab eis compromiſſum, ita videlicet, quod quicquid ipſi de allodio in Schakow, pro quo erat contentio, dicerent, ex utraque parte deberet obſervari; cumque iidem Arbitri fide interpoſita recognoviſſent, quod jam dictus* Ortolfus *nihil juris haberet in bonis prædictis &c.* Alterum de A. 1276. quo lis inter idem monaſterium DOBRILVCENSE & Iohannem de SVNNENWALDE terminata eſt; de quo in alio ejusdem HENRICI Marchionis Diplomate hæc leguntur: *Nos de conſenſu tam ejusdem domini* Abbatis, *quam præfati* Iohannis *per interlocutoriam ſive ſententiam requiſivimus a ſubſcriptis* Bodone *&* Atone *fratribus de* Ylburg, Alberto *Dapifero de* Burne, Henrico *Camerario de* Gnannſtein, Lubeslao *cellerario noſtro de* Luckovv *ac aliis fide dignis, quid juris prædictis partibus in caſu*

§. III.

Frequentiora Seculum XIV. & XV. Auſtrægarum vel conventionalium, vel privilegiatorum, exhibent exempla. Illuſtre eſt exemplum Auſtrægarum



*competeret prænotato, qui omnes communiter affirmabant, quod prædicti ruſtici &c.* Sed hæc arbitria uti non Immediatos, ſed mediatos reſpexerunt, ita tanquam exempla Auſtrægarum, de quibus hic quæritur, allegari nequeunt. De aliis vero exemplis in Interregno iſto occurrentibus parum conſtat.

* Cum ea quæ in fine §. II. extant, typis jam exſcripta eſſent, duo adhuc memoratu digna ſeſe nobis obtulerunt exempla, alterum, quod proxime tempus magni iſtius Interregni anteceſſit, alterum, quod in ipſum Interregnum incidit. Primum iſtud de Anno 1244. exhibet LVNIG in *Spicilegio Seculari* des Teutſchen Reichs-Archivs P. I. 1. Abſatz N. 1. fol. 20. ubi fœdus defenſivum inter Dominum de *Steinvord* & *Horſtmar* percuſſum; in quo, ut, *diſſenſionibus invicem ſubortis, a qualibet parte duo milites eligantur, qui rem ad ſuum placitum penitus decidant,* conventum eſt. Quod obſervatum in Diſp. de *Arbitris Neceſſariis*, cumprimis *Auſtregis Conventionalibus* ac *Teſtamentariis* ſub Præſidio WOLFG. ADAMI SCHOEPFFII Tubingæ edita. Secundum protulit Auctor Diſputationis Anno 1721. Argentorati de *Conventibus Civitatum Imperialium habitæ*, in qua appendicis loco ſubjunxit tabulas fœderis a *Moguntia*, *Wormatia* & *Oppenheimio*, Civitatibus Anno 1254. percuſſi, ubi dictæ Civitates inter ſe convenere, ut quæſtiones jam ſubortæ, vel in poſterum ſuborituræ per *duodecim Viros Conſules* fide dignos & juratos, quorum *a qualibet Civitate quatuor* eligantur, *compoſitione amicabili* vel *juſtitia terminarentur. Quod ſi cauſam ita diſcindere nequiverint, quicunque quatuor ex prædictis juraverint*, ſuam *Civitatem ad id, quod ei imponatur, non teneri, ea Civitas ſuper eo penitus abſolvatur.* Unde quod ſuperius in dicto §o. paulo generalius ſcriptum eſt, ita temperandum, quod *vix unum alterumve* his temporibus legere liceat exemplum.

rum A. 1333. inter Archi-Epiſcopum *Trevirenſem* & Ducem *Lotharingiæ* judicantium (a). A. 1374. Respublica *Norimbergenſis* a CAROLO IV. privilegiatos obtinuit Auſtrægas (b). Eodem fere tempore, Anno nempe 1373. Conventio ab *Illuſtri* quadam *Familia* de caſtro

(a) v. CHRISTOPH. BROWERI *Annal. Trevir. Lib. XVII. §. 84. pag. 209.* ubi graphice Iudicium hoc Auſtrægarium ita deſcribitur: *Præclara quoque fuit ea judicii ſpecies, qua poſt multorum annorum graves injurias inimicitiasque, Balduinus huc rem deduxit, ut Rudolphus Lotharingiæ Dux, ad tollendam controverſiam pacemque conſtituendam, eum in locum ſe venturum reciperet, ubi more majorum diem ſibi dicere, & Archiepiſcopus ipſeque Dux cauſſas diſceptare & lites finire ſolent. Locus autem hic ſitus in utriusque confinibus, & in limite Marchiæ, molæ fabrilis nomine, ut & Conventus, Dies Placitorum, appellabatur. Porro Iudicum conſeſſus illuſtrium hominum delectu conſtabat, ex Comitum, Baronum, nobilum & militum ordine conſcriptus. Ad hoc judicium Balduinus cum XIX. Ianuarii præſto fuiſſet, magnoque nobilium concurſu & hominum exſpectatione, vel ut in campo æquitatis Iudices aſſediſſent, Rudolphus Dux, qui tamen literis miſſis Iudicium acceperat, probaratque, cum ſuis incertum, qua de cauſa deſideratus eſt. Balduinus itaque ne nihil ageret, Arnoldo Domino a Rupe, viro facundia præſtanti Diſceptatoris, & Petitoris perſonam impoſuit, qui ubi pro Balduino pluribus verbis & interrogationum formulis Iudicii præſentis æquitatem exploravit, Iudices comperto, quæ adverſæ parti peccata hærerent, pronunciavere Balduino, cujus petitio eſſet, amplius de injuriis poſtulandum; domumque, ubi plurimum Dux ageret, denunciandum; qui ubi poſt diem quartum decimum non pareret aut in Ius veniret, tunc ſummo Iure experiri, & quacunque ſcierit poſſitque via, res repetere ſuas, Præſuli fas fore. Ita erat conſilium & Iudicum ſententia.*

(b) v. WEHNER *Tom. VI. Symphor.* GYLMAN. *Cap. 7. pag. 162.* ubi confirmatio Privilegii extat.

caſtro *Ganerbico* inita, qua & Auſtrægæ, lites in eadem forte enatas dijudicaturi, deſignati ſunt (c). Longe vero illuſtrius eſt Pactum A. 1382. inter Electorem *Moguntinum* & *Ganerbios Wartenbergenſes* conventum, quod, uti videtur, quam proxime genium modernorum Auſtrægarum adſequitur (d). Nobile



(c) v. KYLLINGER de *Ganerb. Caſtr. Diſc. XIX. N. II. pag. 212. ſeqq.* ubi extat Conventio, der Burg-Friede, n. 9. ibi: were auch, ob wir unter einander ſtößig und mißhöllig wurden, derſelben Stoß und Mißhollung ſollen wir allweg gehn hinder unſern obgenanten Vattern, und wie uns der richt, alſo ſoll es unſer aller halben bleiben und bericht ſeyn, wann aber unſer Vatter abging und nimmer wer, ſo ſollen alle unſere Stöß und Ufleuff ſtehn, an den nachgeſchriebenen Sechſen, an Graf Heinrich von M. von D. an Herrn Burckhardt Langen von E. an Herrn Wilhelmen von R. von W. an Herrn Albrecht von W. an Herrn Seyfriden den M. von A. und an Herrn Homſen von E. unſerm Oheimb, und wie uns die miteinander richten, das ſoll aber ſtät ſein und bleiben, und die mügen gemeine Freund zu ihnen nemmen, als vil ſie wollen, oder dero haben mögen, ohne geferd, als dick auch deren Sechſen einer abgehet, als dick mögen die andere beſtanden, einen andern zu ihn nemmen, der ſie als ſchiedlich dunckt, in dem obgeſchriebenen Rechten, und ſoll dann aber an denſelben ſtehn, mit vollem Gewalt.

(d) v. CASP. LERCH. a DVRMSTEIN de *Ord. Equeſtr. Germ. Cæſar.* Zweyt. Grund-Satz n. 165. in BVRGERMEISTERI *Bibliotheca Equeſtri pag. 490. ſeq.* ibi: Wäre es aber, daß der Gemeinen einer oder mehr mit uns ſelber unſern Nachkommen oder Stifft fürbaß nach dato dieß Briefs zuſchaffen gewönne, um Schulden, um Erb, oder warumben das wäre, und ſeines Rechtens an uns unſern Nachkommen, oder wer den Stifft zu Zeiten inne hätt, und unſern oder unſers Stiffts Burckmannen unter zwölff ungeraden, verbleiben wolten, von Urſprung

quoque eſt Pactum *Binningheimenſium Ganerbiorum* cum Archiepiſcopo *Moguntino* A. 1398. initum, quo itidem Auſtrægæ, lites inter ipſos oborituras compoſituri, ſunt conſtituti (e). Sed nec ſilentio prætereundi *Goslarienſium* Auſtrægæ, qui Seculo XIV. maxime increbuerunt. Illis enim cum variæ de feudis Advocatiæ inprimis lites a vicinis nobilibus hoc tempore motæ eſſent, primum ex *conventione* & compromiſſo Iudices his litibus decidendis conſtituti

und Anbeginn der Sachen, Raub und Brand ausgenommen, als vorgeſchrieben ſtehet: Daran ſoll uns Beyderſeits genügen, ohn alle Wiederredt, und ſolten wir dann alſo unſere Burckmann, welche wir haben möchten ohne Gefährde verbotten und verheuffen inner einen Monat, wan ſie das an Uns, unſere Nachkommen, oder wer den Stifft zu Zeiten inne hätt, gefordert hätten, ſich der Sachen annemmen, die wir auch beyderſeits bitten ſollen, daß ſie ſich der Sachen annemmen, und möchten uns, die nach beyder Partheyen Anſpruch und Antwort gütlichen entſchieden mit beyder Partheyen Willen, das wäre gut. Möchte aber das nicht ſeyn, ſo ſollen ſie Recht darüber ſprechen, inwendig 2. Monaten, den nächſten, als ſie ſich der Sachen angenommen hätten: wo dan das meiſte Theil unter den hin fiel, das ſolte Macht haben, und auch von beyden Partheyen gehalten werden ꝛc.

(e) v. KYLLING. l. c. pag. 258. 259. ibi: Were es auch, daß einicherley Zweyung Spän und Mißhellung zwiſchen den vorgenannten Herrn Conraden, erwehlten zu einem Ertz-Biſchoffen . . . ſo ſollen wir die Zweyung Spänne und Mißhellung mit einem gütlichen Rechten, auf dem oder einem andern unverzogenlichen Tag, auf drey oder fünff, die wir mit ihnen unverzogenlich ohne Gefährde überkommen ſollen, mit ihnen austragen ꝛc.

ſtituti ſunt (f): Deinceps vero a WENCESLAO Imp. A. 1390. ad *privilegiata judicia* provocandi, & in quacunque cauſa civili ſibi ipſis Iudices eligendi facultas ipſis conceſſa eſt (g). Agmen in Sec. XIV. claudat

 pactum

(f) Anno nimirum 1324. ad 1340. lites inter Nobiles, præſertim de Guſted & Civitatem de Advocatiæ feudis agitatæ Comitibus BVRCHARDO Mansfeldenſi & CONRADO Wernigerodano, ex compromiſſo Iudicibus conſtitutis, per ſententiam, uti Acta publica edocent, ſunt ſopitæ. Inter alia quam plurima notabile occurrit exemplum ad an. 1348. dum WILHELMO Duce Brunſvicenſi & CONRADO Wernigerodano ex compromiſſo Iudicibus præſtitutis, controverſia inter Comites HENRICVM de Regenſtein & BORCHARDVM de Woldenberg diu agitata, cauſa cognita per ſententiam ita componeretur, ut dicti Comites, accepta pecuniæ ſumma, feuda ſua ad manus Conſulum referre, jurique ſuo renunciare fuerint adſtricti. Vid. qui hæc retulit, GEORG. FRID. HARTMANN de *Iure Auſtr. Legal. Lib. ac Imp. Reip. Goslar. compet. pag. 16. 21.*

(g) Privilegium WENCESLAI ita habet: Wir Wentzlaw von GOttes Gnaden Römiſcher Künigh ꝛc. Nachdem maln ꝛc. unſere und des Richs lieben getreuen Rade und Bürger der Stadt zu Goßlar zu groten Armute gekomen ſyn, un Drengniſſe un ſchwere Verfolgniſſe geliden ꝛc. Darum ſo geben wir ihr . . daß ſe ſollen un möghen kyſen alſo dicke, alſe innen des noht iß, eynen oder mehr, deſe un ire Privilegia treulichen beſchirmen, verbitten, um Vertegedingen von Uns . . zu allen ihren Behoffe Note un Rechte allermeynlichen, un wen ſe dazu kyſet, der ſe Fürſte, Herre ꝛc. den oder de mächtigen Wir in Krafft diſes Brives ꝛc. ſe zu beſchirmende, alſe verſcriven ſtait, un in den Sachen zu richtende in voller Macht, alſe unſere un des Heil. Reichs Richter Ammethmann oder Ammeth-Lüde, un ſe ſollen des von uns alſo ghenßlichen gewereт ſyn ꝛc. v. laudatus G. F. HARTMANN l. c. pag 29. ſeq. ubi Privilegium in forma exhibetur.

pactum inter BALTHASAREM WILHELMVMQVE Landgravios Thuringiæ, nec non HENRICVM HERMANNVMQVE, Haſſiæ Landgravios, Ao. 1373. initum, quo inter alia & Auſtrægæ ad controverſias inter ipſos, & Vaſallos ſubditosque ipſorum finiendas, ſed ad dies vitæ tantum, conſtituti ſunt (h).

§. IV.

In Sec. XV. primum Auſtrægarum, conventione deſignatorum, exemplum nobis præbent FRIDERICVS Landgravius Thuringiæ & GVILIELMVS Dives Miſniæ Marchio, fratres, qui A. 1421. certos Nobiles Iudices controverſiarum ſuarum, ſi quæ forte orirentur, nominarunt (a). Offerunt ſeſe etiam illuſtria Auſtrægarum ejusmodi exempla in *Unionibus* Regum BOHEMIÆ, nec non Principum Electorum ac Ducum SAXONIÆ, HASSIÆQVE Landgraviorum *hereditariis* quarum fundamenta A. 1439. jacta, renovatio vero A. 1459. facta (b). Sed & celebratiſſimæ, quibus

(h) v. MVLLER Reichs-Tags-*Theatr.* ſub MAXIMIL. I. IV. Vorſtell. *Cap. XXV. §. 1.*

(a) Scil. 4. Nobiles, *Hugoldum* de *Schleunitz* & *Apel Vitzhumium*, *Albertum Burggravium Kirchberga*, & *Guntherum* de *Bünau.* v. IO. SEBAST. MVLLER Annal. *Sax. ad A. 1421.*

(b) v. IO. IOACH. MVLLER. Reichs-Tags-*Theatr.* ſub MAXIM. I. 4te Vorſtell. *Cap. XXIV. §. 5. 6. 7.* ibique inſerta *Vnio Bohemico-Saxonica*, Chur-und Fürſtl. Sächſiſch. Verſchreibung auf die mit deren Cron Böheim renovirte Erbeinigung de A. 1459. ubi: So ſullen wir beyde Teil unnſerſchiedlich Rete uff ſulchen Tag geinkger in die Stadt ſchicken, . . ab ſie aber die Gütligkeit alsdan nicht erlangen möchten, So ſullen wir einen Obmann benennen aus des andern Rathe, derſelbe Obmann

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-447323-p0022-3

quibus inclytæ Gentes, SAXONICA, BRANDENBVRGICA & HASSIACA, inter ſe colligatæ ſunt, *Confœderationes*, ſive *Uniones hereditariæ*, primum quidem A. 1435. inter priores duas Gentes initæ, deinceps vero, poſtquam tertia quoque acceſſit, ſæpius renovatæ atque firmatæ, talia Auſtrægarum exempla exhibent (c). Conſtituti quoque ſunt Auſtrægæ tales *Pactis* inter FRIDERICVM Placidum Electorem & WILHELMVM Ducem

ſal ſich auch der Sache beladen, und in einem Monad, von der Zeit anzurechnen, als er zu einem Obmann benandt werdet, einen Recht-Tag gein Eger ſetzen, zu dem ſullen unſer yder zowene ſiner Rethe niderſetzen, die ſullen beyde Parthie in Recht gegen einander nothdürfftiglich verhören, und wie ſie alle, oder der merer Teil, die Sache in Recht entſcheiden, dabey ſal es bliebenn, und von uns beyden Teilen nachkommen und gehalden werden, . . und ſulcher Entſchid ſol geſcheen in einem halben Jare, von der Zeit anzurechnen, als der erſte Recht-Tag von dem Obmann geſatſt iſt, es wäre dan ꝛc.

(c) Formulam Unionis prout A. 1614. Naumburgi renovata eſt, habet LIMNÆVS *I. Publ. L. IV. §. 8. n. 25.* cujus ſumma capita exhibet CARPZOV. de *Pacto Confrat. Sax-Haſſ. Cap. I. §. 14.* ibi, art. 24. Würde ſich zwiſchen den vereinigten Chur- und Fürſten Zweytracht zutragen, ſo ſoll der klagende Theil des Hofe, zu welchen er ſprechen hat, nachfolgen, und vor deſſelben Edlen und andern gelehrten Räthen, doch daß deren unter zwölffe nicht ſeynd, klagen, ſolche Räthe ſollen ihres Herren Pflicht erlediget, und mit einem ſonderlichen Eyde zum Rechten beleget werden, ſo ſolle dem klagenden Theil, in einem Monat ein Rechts-Tag, in des Beklagten ihm am nächſten gelegenen Schloſſe oder Stadt benennet werden, und in 6. Wochen, 3. Tagen, in der Sache ein endlich Urthel erfolgen, bey dem es beyde Partheyen bewenden laſſen ſollen ꝛc. add. MVLLER Reichs-Tags-*Theat.* ſub MAXIMIL. I. *Cap. XV. §. 1. & ſeqq.*

Ducem Saxoniæ primum *Halæ* A. 1445. (d) ac deinceps *Norimbergæ* A. 1448. (e) initis. Præterea maxime illuſtre Auſtrægarum hujusmodi exemplum in celebratiſſimo *Unionis Electoralis* fœdere A. 1446. primum icto, atque deinceps aliquoties firmato ac declarato, conſpicuum eſt (f). Occurrunt & alia Auſtræ-

(d) v. LUNIGS Reichs-*Archiv P. Spec. Contin. II. p. 225.* ubi Pactum primum, der Fürſten-Schluß .. Churfürſt FRIDERICUM II. und Hertzog Wilhelm zu Sachſen betreffend, de A. 1445. ibi: dazu ſollen ſie von beyden Seiten Städte und Freunde ſchicken und geben, und das zu redlichen und gütlichen Austrage kommen ꝛc.

(e) LUNIG l. c. p. 230. ubi Pactum alterum; Neue Brüderliche Verſchreibung und Einung zwiſchen Churf. FRIDERICO II. und Hertzog Wilhelm zu Sachſen, de A. 1448. ibi: Würden aber einiger Schelunge oder Zwietracht fortmehr zwiſchen uns obgenandten Partheyen oder unſern Erben auffſtehen .. ſo ſoll unſer ieglicher Fürſt oder ſeine Erben zweene aus ihren Rathe darzu geben, und ſie darzu vermögen das anzunehmen, auff den Obermann, den die klagende Parthie aus des andern theils Rathe kieſen ſoll, die Viere und der Obermann uns beyderſeits und unſer Erben, den aus ſolchen Spänen, freundlichen oder mit Recht auff ihre Eyde unſer ieglichen gethan, binnen dreyen vierzehen Tagen, nach einander folgende, ſcheiden und entrichten ſollen.

(f) Formula Fœderis de A. 1446. extat in Mulleri Reichs-Tags-Theatro ſub FRID. V. ſive III. *Repræſ. I. Cap. XXIV.* ubi art. 2. ita habet: Were es dan, daß unſer einer . einerley Anſprache oder Forderung zu dem andern gewönne, von Spenne wegen, die ufferſtehen würden, welchen unter uns dan bedüncket, daß ihm von dem andern ungütlich geſchehe, der ſoll demſelben ſchreiben, und In manen, ſeiner Freunde zweene oder drey, in dem nechſten Monden, uf einen Tag, den er Ihme

Auſtrægarum his temporibus exempla. Sic A. 1446. Nobiles immediatos Raſon Göler & Henricum de Rennhingen ad electos Auſtrægas, Comitem Würtenbergenſem Civitatemque Spirenſem &c. & A. 1465. eorum filios ad Georgium de Gemmingen, electum Iudicem, Elector Palatinus remiſit (g). Pariter A. 1456. & 1458. inter Conradum ab ERBACH & Conradum de FRANCKENSTEIN Iudices Auſtrægæ fuerunt, Elector Palatinus, Marchio Badenſis, Comes de Würtenberg, & Comes de Catzenelenbogen (h). Quibus jungendum exemplar Auſtrægarum & prorogationis in Electorem Palatinum de A. 1471.



auch benennen ſoll, an eine gelegene Stadt zuſchicken, und uf demſelben Tage ſollen derſelben beyder Herren Freunde Anſprach Antwort, Wiederrede und Nachrede von beyden Seiten verhören und verſuchen, ob ſie ſolche Zwietracht, Spenne und Zweyunge in der Freundſchafft und Gütligkeit übertragen und hinlegen mügen. Mochte aber des nicht geſeyn, ſo ſollen dieſelben beyde Partheyen, Anſprach und Antwort darnach in den nechſten Mond, dem Herren und Churfürſt, der dan nach Ordnung unſer Herren Churfürſten obgenannt, des Jahrs ein Gemeiner iſt, als hernach geſchrieben ſtehet, in ihren beſigelten Schriften und Briefen überantwortten, der dan auch in den nechſten zweyen Monden, nachdem Ihm ſolch Anſprach und Antwort in beſiegelten Schrifften übergeben und geantwortet worden ſeynt, uff ſeinen Eyd daruff erkennen und ausſprechen ſoll. . . Und auch beyden Partheyen ſolchen ſeinen Ausſpruch mit ſeinen beſiegelten Briefen ſchicken und übergeben laſſen ſoll, dabey es auch verbleiben ſoll ꝛc.

(g) v. CASP. LERCH. de *Ord. Equeſtr.* IIter Grund-Satz §. 175. in BVRGERMEIST. *Biblioth. Equeſtri* pag. 508.

(h) v. LERCH. l. c.

A. 1471. inter Comites de ERBACH & Equites de *Walbron* erectum (i). Eodem anno & Reſpublica *Memmingenſis* ab Imperatore FRIDERICO III. Privilegium Auſtrægarum, Iudicesque alias 4. Civitates Imp. nacta eſt (k). Denique hic memorari meretur Pactum Civitatum *Moguntinæ*, *Argentinenſis*, *Wormatienſis* & *Spirenſis*, quo ſopiendis controverſiis ſuis Auſtrægas ex Senatoribus ſuis ſibi conſtituerunt (l).

§. V.

Plura addere non opus eſt, cum ex his & de origine Auſtrægarum, & de obſervantia ac libertate Iudices hujusmodi arbitrarios ſibi conſtituendi, jam ante

(i) V. LERCH. l. c. ibi: Und auff ſolchen Austrag ſollen ſie ꝛc. & in fin. daß ſolches ſo offt bemeldt, beredt, betheidigt und zur Austrag verfangen ꝛc.

(k) Nempe, Augspurg, Ulm, Ravenspurg, Bieberach oder Kempten. v. WEHNER *Tom. VI. Symphorem. pag. 147.*

(l) LEHMANN *Chron. Spir. Cap. 93.* ibi: Tage und Ußträge zu machen, it. vers. penult. ſo ſyn wir überkommen alſo, ob deheine Spenne oder Zweyunge unter uns vorgenanten Städten offen ſtunden, welcher Städt oder Stadt dan die Anſprache wäre, oder ſollent zween uſſer ihrem Rath darzu geben und ſetzen, und die andern Städte oder Stadt, die alſo angeſprochen würde, daß die auch zween uſſer ihrem Rath die Räthen darzu beſcheiden und geben, und daß dan die andern übrigen Städt, die in dieſer vorgeſchriebenen Einunge ſeyn, einen uſſer ihren Räthen darzu beſcheiden und geben, der in derſelben Anſprache und Sache ein gemeiner Fünffter und Obermann ſy, und wie dann diſelben fünffe, oder das mehrer Theil unter ihr uff ihre Eyd ein Recht darüber ſprechen, obe ſie die Sach anders nit freundlick hinlegen möchten, nach beyder Partheyen Anſprach wiederantwort, das ſolten beyde Partheyen thun ꝛc.

ante magnum iſtud Interregnum quandoque, maxime vero Sec. XIV. & Sec. XV. non ſolum inter Electores, Principes & Comites, ſed & Civitates Imp. ac Nobiles Imperii Immediatos, frequentata, ſatis conſtet. Id tamen adhuc notari meretur, conſvetudinem hanc & obſervantiam ita invaluiſſe, ut in Pactis & Fœderibus Socii mutuum ſibi auxilium pollicerentur, ſiquis Electorem, Principem, vel Comitem Imperii, neglecto Auſtrægali foro, aliove, quo ipſum conveniri moris erat, armis peteret (a).

## §. VI.

Conſtat quoque ex memoratis exemplis, non alios primis temporibus Auſtrægas obtinuiſſe, niſi qui vel *conventionibus* Statuum aliorumve Immediatorum, vel *privilegiis* Cæſarum conſtituti fuerunt; quorum illi adeo *Conventionales*, hi *Privilegiati*, appellari ſvevere. Sed & conſtat, *Conventionales* iterum vel per modum *compromiſſi*, exorta demum controverſia, libera Partium voluntate electos; vel per modum *confœderationis*, inter complures Socios, uno eodemque fœdere conjunctos, ita, ut Socii etiam potentiores cauſas ſuas cognitioni judiciali vel

 omnium

§. V. (a) De hac obſervantia etiam accipiendæ videntur formulæ, fœderum tabulis paſſim inſertæ: Wan ihrer einer oder mehr den gemeldten Churfürſten, Fürſten, Grafen vergwaltigen oder verunrechten wolte, onerlangt und onerfolgt Rechts, wie dan im Riche herkommen iſt, und gewonheit geweſen, einen Churfürſten, Fürſten, Grafen des Reichs rechtlich zu verfolgen und zu erlangen. v. DATT de *Pace Publ. Lib. II. Cap. XXVII. n. 67. & ſeqq.*

omnium Sociorum, vel eorum, qui Irenarchæ ſeu Iudices fœderis erant, arbitrio ſubmitterent, inſtitutos fuiſſe (a).

§. VII.

*Forma* hujusmodi Iudiciorum Auſtrægalium, præſertim qualitas ac numerus Iudicum eligendorum, nec non ratio eos eligendi, ac modus ordoque in iis procedendi, non rectius, quam ex ipſis Pactorum ac Fœderum diverſis tabulis perdiſci poteſt: quippe quarum formulæ variant, ita, ut ſub certam regulam conſtringi nequeant. Mos tamen ille fere communis omnium confœderationum fuit, ut ſuborta inter Socios controverſia, ſive Electores Principibus, ſive Principes inter ſe, ſive cum Civitatibus Imp. fœdere jungerentur, Reus ex Actoris Conſiliariis Iudicem quendam communem, **einen gemeinen Obmann** eligeret; hic autem cum adjunctis ſibi pari numero ab utraque litigantium parte Aſſeſſoribus, duobus vel pluribus, qui **Zuſätz** dicuntur, citatis in locum opportunum Partibus, &, ſi amicabilis compoſitio nihil proficeret, ſententia, cui utraqne Pars obſequeretur, lata, litem terminaret. Hunc in finem, & ne vaga eſſet electio, deſignari in Fœderum tabulis ſolebant aliquot utriusque Partis Conſiliarii, interdum quinque, ſex, ſeptem, novem, aut quandoque plures, ex quibus Iudicem quæque Pars litigans deligeret (a). Libertati quoque hoc Germanicorum Principum tributum, quod coram

§. VI. (a) v. DATT l. c. *n. 60. 62. ſeqq. 99. ſeqq.*

§. VII. (a) v. DATT l. c. *n. 101. & ſeqq.* ubi exempla.

coram Conſiliariis ſuis conveniri deberent (b). In deſignatos autem hoc pacto, vel per modum ſimplicis compromiſſi, vel per modum confœderationis, Iudices, Partes plerumque ita conſenſerunt, ut horum ſententiæ, ſive æqua, ſive iniqua eſſet, parere & ſtare vellent (c). Unde nec appellationi regulariter talis ſententia ſubjacebat: eo quod Partes, præſertim Rei, ut imminens a ſe bellum averterent,

 appel-

(b) In hanc ſententiam GEORGIUS Bavariæ Dux in litteris a. 1488. ad Svevici fœderis Socios emiſſis ſcripſit: So ſind wir auch on das bißhero gepurlichs Austrags vor der Kayſerl. Majeſtät als unſerm ordentlichen Richter, oder vor unſern Räten, in Kräfft unſerer Fürſtl. Freyheit, und an andern zimlichen enden, nyemand in eweren Punt verwant, der deß an unß geſonnen hatt, vorgeſtanden. Unde & factum videtur, ut Principes tam Eccleſiaſtici quam Seculares, quotquot a. 1488. Sveviæ fœderi accedebant, Sigismundus nempe *Archidux Auſtriæ*, *Moguntinus* & *Trevirenſis* Electores, Eberhardus *Würtenbergiæ Comes*, & *Marchiones Brandenburgici*, ſeparato in fœderum tabulis articulo paciſcerentur, ſi cauſa Prælatos, Comites & Nobiles tangeret, ſe primum coram Aulæ Magiſtro ſuo, & novem Conſiliariis Nobilibus, vor ihrem Hoffmeiſter und neun Edlen Räthen conveniendos. v. DATT l. c. *n. 78. 79. 80.*

(c) Formula erat hæc: So wollen wir, umb alles, das N. N. an uns zu erlangen oder zu fordern recht haben mag, uns zu recht erbothen haben auff (inſeruntur Arbitrorum nomina) vor den allen, oder ihrer ainen, Wir gleiches billiges Recht nemen und geben, geben und nemen werden. Und was da, nach ſeinem fürbringen und unſer Antwurt erkennet wird, wir thun oder nehmen ſollen, dem wir uffrecht, ohn all Waigrung nachkommen und das gentzlich halten und vollziehen wollen. Quod cum fieret, dicebatur, ein völliges Recht-Gebott, ſive, ut aliæ compromiſſi tabulæ habent, ein völliges genügliches erbieten zu

appellandi beneficio renunciarent (d). Et cum ſæpius eveniret, ut compromiſſio haud ſufficiens adverſario videretur, adjecta clauſula, vel Cæſaris, vel aliorum Imp. Statuum, qui neutrarum adhuc partium erant, judicio relictum eſt, ut de tota re amplius cognoſcerent (d). Ceterum compromiſſo ſic facto, arma in Reos, etiam pacis publicæ turbatores, ſumi, nefas habitum: ita ut, ex multorum fœderum legibus, etiam his deberetur auxilium, ſi, qui læſum ſe dicebat, rejecto, quo bellum vitari poterat,

recht, vel ein austräglich und billiges Recht-Gebott, oder ein unbedingtes Recht: Cum illud, quod boni viri arbitratui adhuc ſubjacebat, diceretur, ein bedingtes Recht-Gebott. v. DATT l. c. *n. 88-91.*

(d) Unde communis in Fœderum tabulis formula: was ſie dan (i. e. Iudex cum Aſſeſſoribus, der Obmann mit denen Zuſätzen) darinn zu recht ſprechen, daby ſoll es beleiben, von beeden theilen gehalten und nit fürbaß gezogen werden. Sic & in Fœdere Karl Margraven zu Baden mit Eberhard Graven zu Würtenberg ſub d. Dienſtag nach St. Matheus-Tag a. 1460. placuit: Und ſoll unſer Dehein tall, noch auch Sin Räte, Diener die ſeinen oder die Im ze ſchirmen, oder zu verſprechen ſteend, von ſollichem egemelten Rechtſpruch nit appelliren, oder ſich davon beruffen, oder die Sach ferner ziehen, ſonder was in dem gemelten Austrag zu recht geſprochen und erkant wird, ſoll alles gehalten werden, ohn Intrag ohngeverlich ꝛc. v. DATT. l. c. *n. 114. ſeqq.*

(d) Unde in actis Seculi XIV. ſæpius occurrit formula: Wollen unß auff N. N. zurecht erbotten haben, und wann ſolch Recht-Gebott nicht genugſam, erbieten Wir uns rechts für Kayſerl. Maj. und die Ständ des Reichs, daß ſie erkennen, ob ſolch Recht-Gebott genugſam ſey, oder nicht. v. DATT. *n. 93.*

ferat, arbitrio, armis, quam judicio, mallet contendere (e).

§. VIII.

Acceſſit tandem tertium Auſtrægarum genus, ſcilicet qui *Legibus* Imp. univerſalibus, Imperatoris & Statuum Imp. auctoritate, ordinati, atque hinc *Legales*, itemque *Ordinationis* Auſtrægæ appellati ſunt. Præluſit jam hujus generis Auſtrægis ALBERTVS II. Imperator, qui celebri iſta de *Pace Publica* & IV. *Circulis* Conſtitutione de A. 1437. in Comitiis *Norimbergenſibus Auſtrægas* inſtituit, in cauſis Principum inter ſe, vel cum Comitibus, Baronibus, Equitibus, aut Civitatibus Imp. iisdem intercedentibus, jus dicturos (a). Ut adeo mirum ſit, contradictum poſtea adhuc Statibus Imp. qui in Comitiis A. 1466. pace publica conſtituta, Iudices quosdam Auſtrægales per-

(e) Ideo in plerisque fœderum tabulis Sec. præſertim XV. adjectum eſt: Wan dan die beſchädigte Parthye, dem oder denen, die ſie alſo beſchädigt hätten, oder verunrechten wolten, gleichmügliche Recht bieten: wolten dan oder die das alſo nit auffnehmen . . ſo ſollen die andre Parthien . . der verunrechten Parthye getruwlichen beholffen ſyn ꝛc. v. DATT. *n. 95. 96.*

§. VIII. (a) Edidit hanc Conſtitutionem ex Archivo Argentoratenſi SCHILTERVS in Tomo II. Inſt. Iur. Publ. Tit. XIX. p. 339. ibi: Es ſollent auch ſollich Urſache und Anſprach, darumb man vormals zu vehden kommen iſt, oder were, ußgetragen werden mit rechte und nit mit der vehde . . wer es ob ein Fürſt zu einen andern Fürſten, ſy ům geiſtlich oder weltlich, zuſprechen hätte, oder gewynne, ůmb was Sach das wer, So ſollent bede Fürſten ſollich ihre Spenne durch Sich oder ihre Frúnde zu gelegen Tagen kommen, und an eine ſtatt die den beeden Fürſten gefüglich und gelegen iſt, und möchten ſie ſich ſollicher Irer

perpetuos introduci voluerunt, (b) atque exiſtimatum fuiſſe, jus Iudiciorum Cæſari competens hac ratione nimium reſtringi (c). Perfecit vero rem ex voto MAXIMILIANVS I. qui in Comitiis *Wormatienſibus*, A. 1495. in quibus & Pax Publica in perpetuum ſtabilita, & Camera Imp. erecta fuit, Lege Ordinationis Cameralis *Auſtrægas* ejusmodi Legales, tanquam Iudices primæ Inſtantiæ, ſuo veluti arbitrio atque conſenſu, ex legis tamen præſcripto, ſibi eligendos, ſaltem *Electoribus* & *Principibus*, aut *Principali* dignitate gaudentibus (d): CAROLVS V. vero etiam

ſpenne früntlich nicht vereinen, Se ſöllent ſie der zu Ußtrag komen uff ein Zal Jr beder Rete die nit Sachewalter ſint mit eim glichen Zuſatze, und uff einen gemeinen, des ſie dann bederſit überkommen und eins werden . . . Item wer ob ein Grave, Frye, Ritter oder Knecht, eine Stadt gemeinlich oder ein Burg inſunderheit mit einem Fürſten zuſchaffen hette, oder gewynne rc. Item desglich wer es ob ein Fürſt mit eim Graven, Fryen, Ritter oder Knecht zuſchaffen hette oder gewynn rc.

(b) Daß die Chur- und Fürſten gegen einander ihre ſchidliche und jeglicher 3. Räth, und beede einen Obmann verordnen ſollen; die Fürſten vor den geringern Ständen, vor Dero Hoffmeiſter und Räthen: die Stätt vor ihres gleichen vor 8. andern Stätten: die von Adel vor ihres gleichen, vor den Fürſten, deren Diener der Beklagt iſt: Ein mittelbarer Stand, Burger oder Underthon vor ihrem ordentlüchen Gericht, von einem Fürſten, Graven oder von Adel beklagt werden ſollen. v. DATT l. c.

(c) Daß ſolcher Außtrag wider den Römiſchen Kaiſer und Obrigkeit, und wäre verbotten das Kayſerliche Gericht zu ſchwächen. v. DATT ib.

(d) v. **Ordnung des Cammer-Gerichts zu Wormbs**

etiam *Prælatis*, *Comitibus*, *Baronibus* & *Nobilibus* Immediatis (e), largitus eſt; aliis Imperii legibus deinceps firmatos (f).

D §. IX.

*a. 1495.* **auffgericht.** Tit. XXIV. Wie Churfürſten, Fürſten und Fürſtenmäßige einander zu recht fordern ſollen. Tit. XXVI. Wie Prelaten, Grafen, Freyherren und andre ꝛc. Churfürſten, Fürſten und Fürſtenmäßige zu recht erfordern mögen.

(e) v. **Cammer-Gerichts-Ordnung** de Anno 1521. Tit. XXXIV. Rechtlich fürnehmen und Austräge der Grafen, Herren und Ritterſchafft gegen Churfürſten, Fürſten und Fürſtenmäßige, und herwiederum dieſer gegen Jene. Item de Anno 1555. *P. II. Tit. II.* wie und vor welchen Richtern Churfürſten, Fürſten und Fürſtenmäßigen, einander zu recht fordern ſollen. *Tit. III.* Wie und vor welchem Richter Churfürſten, Fürſten und Fürſtmäßigen, die Prälaten, Graffen, Herren und den Adel, dem Reich ohnmittelbar unterworffen, zu recht fordern ſollen. *Tit. IV.* Wie und vor welchem Richter die Prälaten, Grafen, Herren, die vom Adel und die Städte, die Churfürſten, Fürſten, und Fürſtmäßigen zu recht fordern ſollen. *Tit. V.* Wie und vor welchen Richter die Prälaten, Grafen, Freyen, und die von Adel, dem Reich ohn Mittel, und ſonſt keiner andern Gerichtbarkeit unterworffen, ein ander zu recht fordern ſollen.

(f) v. *Concept.* **der Cammer-Gerichts-Ordn.** de A. 1598. *P. II. Tit. II.* & ſeqq. Add. INSTR. P. V. *Art. V. §. 56.* ibi: Quod in *Aulico* non minus, quam in *Cameræ Imperialis* Iudicio, privilegium *primæ Inſtantiæ*, *Auſtragarum* jura, & privilegia de non appellando Statibus Imp. illibata eſſe, nec per mandata, aut commiſſiones, aut avocationes, aut quovis alio modo, turbari debeant. Rec. Imp. Noviſſ. §. 168. ibi: Daß die primæ Inſtantiæ und Austräge bey dem Kayſerl. Reichs-Hoffrath, hinfort nicht weniger, als bey dem Cammer-Gericht, ſtricte obſerviret werden ſollen. **Reichs-Hoff-Raths-Ordnung** de *A. 1654. Tit. II.* §. 2. ibi: Dem Reichs-Hoff-Raths Præſidenten und Räthen,

## §. IX.

Quodſi jam quæras *cauſas*, quæ vel Proceres Imperii ac Cives impulerint ad Judicia hujusmodi Auſtrægarum ſibi conſtituenda, vel Cæſares permoverint ad eadem non ſolum permittenda aut confirmanda, ſed etiam nova privilegiis aut legibus concedenda: non unam eandemque hac de re deprehendes Juris Publici, cumprimis Judiciarii Imperialis, Peritorum ſententiam. Alii a primæva Germaniæ conſuetudine illa repetunt (a). Alii ideo Cæſares eadem admisiſſe vel conſtituiſſe, cenſent, ne ad Cæſarei Tribunalis *ἀκριβοδίκαιον* ſtatim abriperentur, ſed populares & amicabiles, tanquam unius

„ nicht bloß allein die Kayſerl. Hoheit, ſondern auch des Heil. Reichs Churfürſten, Fürſten und Stände, Privilegia der erſten Inſtanz, und Jura Auſtrægarum aller Gebühr nach, ſorgſamlich in acht nehmen ꝛc. Capit. Noviſſ. *Art. XVIII.* ibi: Daß Sie die Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs, einen Jeden, bey dem Iure Auſtrægarum, tam legalium, quam conventionalium, vel familiarium, bey der erſten Inſtanz, . . bleiben „ laſſen wollen.

§. IX. (a) v. Inform. Donawerd. *Part. I. fol.* 115. ibi: Die Churfürſten, Fürſten und Stänð des Reichs von altershero „ ſondern auch noch mehrers, und ſo weit eximiret geweſen, daß auch in ihrem Belieben geſtanden, unter ſich ſelbſten ſonderliche gewillkührte Austräg, deren auff den heutigen Tag noch viel zu finden ſeynd, zu machen. Add. Gründl. Unterricht von der im H. R. R. entſtandenen, aber ſeithero noch unerledigten Frage; Ob der Kayſerl. Hoffrath mit und neben dem Kayſerl. Cammer-Gericht zu Speyer concurrentem jurisdictionem in allen und jeden Sachen ohne Unterſcheid habe, de A. 1614. fol. 11. & RUMELIN *Diſſ. I. ad A. B. Part. II. Coroll. 1.*

unius Imperii membra, compoſitiones haberent (b). Plerique plurium inſtantiarum beneficium pro cauſa allegant; quod inconveniens viſum fuerit, nec ſatis dignum Procerum Imp. perſonis, ipſos deterioris conditionis eſſe, quam ipſorum ſubditos, qui plures habeant inſtantias, quibus jura ſua diverſis vicibus urgere, non deducta deducere, non probata probare, vel alia per injuriam rejecta reparare queant (c). Quæ tamen ratio aliis nec ſatis congrua nec ſufficiens videtur: præſertim quod plures inſtantiæ non tam ad promovendam, quam ad impediendam vel protrahendam juſtitiam ſint accommodæ, atque adeo pro juris beneficiis haud reputandæ (d).

## §. X.

Si dicendum, quod res eſt, unius rei, uti alias, ita & hic, plures poſſunt eſſe cauſæ (a). Primum



(b) v. G. FRID. MINDAN. *de Proceſſ. extrah. L. I. C. XVI. n. 1.*

(c) v. GE. SCHVBHARD de *Auſtrægis Cap. II. n. 56.* OSTERMANN *Diſp. Cam. VI. §. 4.* BLVM. *Proc. Cam.* COCCEI. *I. Publ. C. XXXII. §. 27.* SCHWED. *I. Publ. C. XVII. §. 12. ſ.* aliique.

(d) v. TEXTOR de *Rat. Stat. I. Cap. XV. p. 441.* & DECKHERR *Vindic.* ad BLVM. *Tit. XXVI. n. 10.* qui miſeram felicitatem eſſe, putant, coram pluribus Iudicibus litigare. Add. TIT. *I. Publ. L. VII. C. III. §. 4.* qui, Cæſari id adſcribi cenſet, quod *ejus affectui* plane *repugnare* videatur.

§. X. (a) Conf. DECKHERR. l. c. *n. 10. p. 215.* ubi, veriſſimas, exiſtimat, rationes concernere, vel Statum Auſtrægarum ante MAXIMILIANVM, vel *ſequiorum temporum*: In *illo* duplicem rationem obtinuiſſe, cenſet; a parte Cæſarum conniventium, non improbabilem fuiſſe *Friderici Mind.* ſuperius adductam rationem:

mum quidem, ex parte Ordinum, forte antiqua libertas Germanica, Judices ſibi ſuo arbitrio conſtituere gaudens, eaque, increſcente eorundem potentia, magis adhuc aucta, non nihil hac in parte polluit, uti jam ſuperius obſervatum. Acceſſerunt deinceps & aliæ cauſæ: Cumprimis ſtatus Imperii turbulentus; vileſcens aut decreſcens Cæſarum auctoritas; Judiciorum, omnibus omni tempore patentium, juſtitiamque ita, uti par erat, ſine longis ambagibus aut ſumptibus, adminiſtrantium, defectus; nec non averſatio juris manuarii; & hinc natum deſiderium, juſtitiam celerius facilius ſecurius & in locis vicinis conſequendi; indeque porro enata ncеſſitas, evitandi belli inteſtini cauſa, de Judicibus, lites ſuas hoc pacto terminaturis, ſibi ipſis

In *Statibus* peculiares ſibi Auſtrægas conſtituentibus itidem duplices notandas; *occultas* alias, alias *manifeſtas*. Cujus generis aliquas jam *num. præced. 9.* enarraverat; ſcilicet dubium, diſſidiisque & contentionibus plenum Reip. Germ. ſtatum, qui a tempore electi in Regem Rom. WILHELMI, atque inſequuti Interregni, invaluerit, ubi Principes aliique Status, initis fœderibus, de mutua defenſione, juſtitiaque, qua via celerrime fieri poterat, adminiſtranda ſibi proſpexerint; tardam quoque, reddita licet Imperio aliquantiſper ſub RVDOLPHO Habsp. quiete, & ſumtuoſiſſimam quæſitu tunc apud Conſilium Aulicum juſtitiam, amicabili per arbitros Auſtrægas compoſitione electa, quæ & amicitiæ & viciniæ melius convenerit, evitatam. Acceſſiſſe, ibidem arbitratur, ſeqvutis temporibus, in quibus Ordinum Imp. animi libertati licentiæque, ad ea tempora uſurpatæ, adſveti, emergere manifeſtius anniſi ſint, *primam Status rationem*, variantibus tantopere electionibus in Familiis Naſſovica, Habspurgica, Lützelburgica, Bavarica, Bohemica, Palatina, & denique Habspurgo - Auſtriaca,

ipſis proſpiciendi (b). Acceſſit denique primæ in-

 ſtantiæ

cum præter tarditatem curſus juſtitiæ vix ſub una Familia abſolvendi, ſecretas Statuum inter ſe, ſuas Familias, vicinos, accolasque, contentiones, jura, privilegia, tot Imperatoribus, exterisque Familiis, litigioſa diligentia aperiri, conducere illis non videretur, privatarum litium privatas & extra famoſum Aulæ Cæſareæ tumultum electas compoſitiones: & mox *alteram*, Poteſtatis Cæſareæ immediate de Statibus judicantis imminutionem & affectatam derogationem, neque fortitudine potentiave Cæſarum, aut Lege publica impeditam. Addit deinde num. 10. p. 216. Tempora poſt *Ordinationem Cameralem* Maximilianeam diſtingui jubere rationes Auſtrægarum *Principibus inter ſe*, & iis *reis*, relictorum; & *inferiori Ordini* reſtitutorum. Priorum non aliam cauſam, quam, quia, ut renunciarent conſvetudini, illis perſvaderi non poterat; reliquas rationes veteri juri relictas: In impetratione *poſteriorum* A. 1521. conceſſorum, non repugnandum, aliquid contuliſſe rationem, ne deſtituantur illi beneficio Appellationis, ut ſuperioribus & inferioribus ſe conceſſo. Ita DECKHERRVS.

(b) V. LEHMANN. *Chron. Spir. L. 7. Cap 109.* CONRING. l. ſup. cit. §. *53.* & DATT. l. c. *n. 6.* Add. **Ableinungs-Schreiben der Reichs-Ritterſchafft** ap. CASP. LERCH. 2. Grund-Satz §. Belangend die ꝛc. ibi: Vor auffgerichteter Cammer-Gerichts-Ordnung, weiln ſich der Kayſerl. Hoff mehrentheils in weitabgelegenen Orten, auch offtmahls in Italien, und andern frembden Nationen auffgehalten, und alſo kein beſtändig Gericht im Reich an einem gewiſſen Ort vorhanden geweſen, hat ein jeder an nechſtgelegenen Orten ſchleunigen und ſparſamen rechtlichen Austrags ſich befliſſen zu erwehlen. Unde & DECKHERRVS l. c. colligit, tutiſſimam cauſam eſſe, *deſiderium, juſtitiam in locis ſibi proxime adſitis quam ocyſſime & expenſis pauciſſimis, conſequendi; cum Cæſares longe diſſitos implorare, tædioſas mali Seculi moras pati, facultates ſuas litibus conſumere, deſtitutis Imperii Civibus impoſſibile viſum fuerit.*

ſtantiæ beneficium : quæ cauſa ab illis imprimis temporibus, ubi novum, præter Judicium Imp. Aulicum, Judicium Imperii Superius inſtitutum, locum habuit; indeque diſerte pro cauſa Auſtrægarum legalium a MAXIMILIANO I. inſtitutorum, atque conventionalium confirmatorum, a CAROLO V. allegatur (c). Beneficium vero juris hoc eſſe, ſi, quæ in prima ſententia forte perperam judicata ſunt, in ſecunda vel ulteriori inſtantia corrigere liceat, negari nequit (d): niſi &, remedia juris, quibus ſententiæ gravan-

(c) In *Privilegio Norimbergenſibus* dato ap. WEHNER. *Tom. VI. Symphor. Cap. 7. p. 162.* & SCHVBHARD. l. c. *n. 57.* ibi: Wiewohl auch in unſern und des Heil. Reichs gemeinen Rechten, und Conſtitutionen, ausdrücklich geordnet und zugelaſſen, daß ein jeder, wieder den in erſter Inſtanz ein Gerichtlich End-Urtheil, dadurch er ſich vermeynt beſchwärt zu ſeyn, zu zweyen malen provociren und appelliren, und alſo ümb eine Sach drey Inſtanzen gehalten, damit in der andern Inſtanz dasjenige, ſo in der erſten und dritten, daß, ſo in der andern Inſtanz unterlaſſen, eingebracht, und vorgeſprochene beſchwärliche Urtheilen, gebeſſert, wiedertrieben und reformiret werden mögen, darauff dan durch weyland den Allerdurchl. Fürſten, K. Maximilian, unſern rc. im 1495ten Jahre, und durch Uns, auch unſere des Reichs Churfürſten, Fürſten und andre Ständ des H. Reichs im 1521ten Jahre zu Wormbs verordnet, Verſehung gethan, und verabſchiedet, welchermaſſen, und für wem Churfürſten, Fürſten, Grafen, Freyen und andere, Uns und dem Reich ohnmittelbar unterworffen, in erſter Inſtanz beklaget werden, darmit Sie zum wenigſten zwo Inſtanz, und Ihnen die Gutthat und Hülffe der Appellation, alſo wohl als denjenigen, ſo dem Reich nicht ohnmittel unterworffen, vorbehalten und unbenommen bleibe.

(d) Ea etenim eſt imbecillitas humana, quam nec Iudices, nec

gravantes a viribus rei judicatæ ſuſpenduntur, beneficia juris eſſe, negare velis (e).

## SECTIO II. PRINCIPALIS
### DE
# AVSTRAEGIS S. R. G. I. COMITVM, CVMPRIMIS VVETTERAVICORVM ET SVEVICORVM, ATQVE EX FRANCONICIS, HOHENLOICORVM CONVENTIONALIBVS.

### §. I.

S. R. G. I. COMITES licet non minus ac Electores & Principes I. ſaltem a CAROLI V. temporibus, Auſtrægis gauderent *LEGALIBVS*, quos vocant, Lege

Partes, a ſe alienam putabunt, ut facile labi queat homo, adeoque remediis, quibus lapſus corrigatur, utique opus ſit.

(e) Certe Status Imp. pro beneficiis diverſa hujusmodi remedia diverſasque inſtantias utique reputarunt; dum utraque ſæpe Pars hoc nomine adverſus Commiſſiones aulicas proteſtaretur, atque conquereretur, pertractis per has prima ſtatim vice ad Cæſarem cauſis, ſibi invitis jura *primæ inſtantiæ* & *Auſtragarum beneficium* eripi, atque ſe ita neceſſitate litigandi coarctari, ut occluſo ad appellationem aditu, qui ſubditis tamen ſuis pateat, de tota cauſa periclitandum ſit. Unde & querelæ inprimis Proteſtantium jam A. 1594. in Comitiis in gravaminibus ipſorum auditæ: Es wollen allerhand Sachen, erſtlich per modum verordneter Commiſſarien, und darnach zur Deciſion an den Hoffrath, wieder der Stände Privilegia und Herkommen gezogen werden; dadurch dan den Ständen das beneficium primæ inſtantiæ und reviſionis entzogen wird.

ge ſcilicet Ordinationis Cameralis A. 1521. in Comitiis Wormatienſibus, iisdem conceſſis (a): Nihilotamen minus & de *CONVENTIONALIBVS*, qui gewillkührte Reichs-Gräfl. Austräge recte ſalutantur, libera nempe voluntate, mutuaque conventione conſtitutis, ſibi proſpicere, e re ſua eſſe duxerunt.

§. II.

§. I. (a) Scilicet prima Ordinationis Cameralis Lege, a MAXIMILIANO I. A. 1495 in Comitiis Wormatienſibus lata, non niſi Electores & Principes, ſi ut Rei convenirentur, Auſtrægarum beneficio mactati ſunt. Cum vero deinceps Comites, cum Nobilibus Imp. in Comitiis Wormatienſibus A. 1521. hac de re conqueſti ſunt, ex decreto Imperatoris CAROLI V. Electorum & Principum conſenſu idem primæ inſtantiæ beneficium obtinuerunt. v. *Ord. Camer.* de *A. 1521.* Tit. XXXIV. Rechtlich Fürnehmen und Austräge der Grafen, Herren und Ritterſchafft, gegen Churfürſten, Fürſten und Fürſtmäßige, und herwiederum dieſer gegen Jene. ibi: Pr. Und nachdem ſich die Grafen, Herren, und die von der Ritterſchafft, des Articuls, des Rechtlichen Austrags gegen die Churfürſten, Fürſten und Fürſtmäßigen in der Ordnung des Cammer-Gerichts, auff dem erſten, hiebevor zu Worms gehaltenen Reichs-Tag begriffen, etwas hoch beſchwehrt, daß ſie dadurch nicht förderlich Recht erlangen möchten, und darum um Ordnung und Setzung eines billichen, gleichen, und förderlichen Rechtens, hefftiglich angeſucht und gebetten. Und wiewohl Churfürſten und Fürſten ſich aus ſolcher vor auffgerichten Ordnung austräglichen Rechtens, und ihrer Churfürſtl. und Fürſtl. Freyheit zu begeben, etwas beſchwehret, aber dennoch, damit bey niemands geacht oder dafür gehalten werde, daß ſie des Rechtens Scheu tragen, darinn einigen Vortheil ſuchen oder Jemanden auffhalten und umtreiben wolten: haben ſie ſich gegen die Grafen und Ritterſchafft deßhalben nachfolgenden austräglichen Rechtens begeben und verglichen ꝛc. Add. SCHVBHARD

§. II.

Non unius autem generis ſunt aut eſſe poſſunt *CONVENTIONALES* hujusmodi COMITUM I. *AUSTRÆGÆ*. Alii enim integro Comitum Imp. Ordini, vel ſaltem integro Comitum Scamno, quod vocant, vel duobus aut tribus Scamnis, ſunt *communes*: quos adeo & *Univerſales*, ratione perſonarum nempe, eosque vel abſolute vel ſecundum quid tales, appellare poſſes. Alii vero certis tantum Comitibus *proprii* ſunt: atque adeo hoc nomine & *Particulares* recte cenſentur. Quamvis & alio reſpectu *Univerſales* dici queant, ratione cauſarum puta, qui ſcilicet ad omnis generis cauſas Comitum, ſive cum aliis Comitibus, ſive cum Extraneis, res ſit, pacto conſtituti ſunt: *Particulares* vero, qui ad certas duntaxat cauſas adſtricti ſunt.

§. III.

*Particulares* iſtiusmodi ac *Proprii* ſive *Peculiares*, Comitum Auſtrægæ viciſſim vel *Familiares* ſunt, vulgo & *Statutarii* dicti, rectius forte *Gentilitii*, ſeu *Domeſtici* dicendi, Reichs-Gräfliche Hauß-Austräge, Stamm-Austräge, qui in una eademque Comitum Familia, aut ſi mavis, Gente ac Domo, ad

E causas

de *Auſtræg. Cap. II. §. 54.* DECKHERR. *Vindic. Tit. XVII. Num. 9. pag. 214.* & WALDISCHMIEDT Diſp. *de S. R. G. I. Comitum Auſtrægis. §. 18.* qui cum de *Legalibus* tantum Auſtrægis Comitum egerit: operæ pretium fore exiſtimavimus, & de *Conventionalibus* eorundem Auſtrægis quædam commentari.

cauſas ejusdem domeſticas definiendas, ſtatuti ſunt: (a) vel *Conventionales* in ſpecie, deficiente alia voce, ita dicti, **bedingte Austräge**, quæ inter diverſas Familias ſive Gentes Illuſtres vigent. Poſterioris generis Auſtrægæ iterum vel inter diverſas duntaxat Comitum vel Dominorum (b) Familias; vel inter certos Comites aliasque extraneas aliorum Ordinum Perſonas aut Familias, ſive Superiores, ſive æquales, ſive inferiores, (c) juri dicundo præfecti ſunt: Illi forte *homogenei*, hi autem *heterogenei* vocari poterunt.

§. IV.

(a) Illuſtre Auſtrægarum hujusmodi Gentilitiorum exemplum nobis præbebit Illuſtriſſima HOHENLOICORVM Comitum Gens: de quibus inferius ex inſtituto agendi locus erit. Eodem referri poſſunt Auſtrægæ, quos Comites *Waldeccenſes* inter Se & cum ſuis Statibus Provinc. conſtituere, ab Epiſcopo Monaſterienſi & Landgravio Haſſiæ A. 1545. emendatos. v. Deduct. in cauſa des Kayſerl. Fiſcals, contra die Herren Land-Graven zu Heſſen und Herren Graven zu Waldeck in puncto prætenſæ exemtionis Art. 409.

(b) Cujusmodi Auſtrægarum exemplum reperitur in *Pacto Speckfeldenſi*, dem Speckfeldiſchen Burg-Frieden zwiſchen Graf Linharten zu Caſtell und Schenck Friedrichen zu Limpurg.

(c) Quales erant Auſtrægæ Sec. XV. in fœderibus ab EBERHARDO Comite olim Würtenbergico cum FRIDERICO Electore Palatino, itemque CAROLO Marchione Badenſi; nec non ab VLRICO Comite Würtenbergico, Eberhardi Comitis Tutore, cum SIGISMVNDO Archi-Duce Auſtriæ initis, deſignati, ubi ex Rei Conſiliariis plerumque unus Iudex, ein gemeiner Obmann, ab Actore electus, cui dein aliquot ex utriusque Partis Conſiliariis Aſſeſſores adjuncti ſunt. v. DATT de *Pace P. Lib. I. Cap. XXVII.* n. 102. & ſeqq. Eodem referendum Iudicis Auſtrægarii inter Comitem de ERBACH & Equites de WALBRON erecti exemplum. v. ſupra *Sect. I. §. IV.*

§. IV.

Tam *Univerſales* & *Communes*, quam *Particulares* & *Proprii*, Comitum Auſtrægæ porro vel *Perpetui* ſunt, atque *Hereditarii*, Erb-Austräge, qui perpetuo durant, atque inter poſteros quoque & heredes locum habent; vel *Temporarii*, qui ad certum tempus tantum durant, eoque elapſo expirant. Denique & alii horum ſunt *certi*, qui pacto ad cauſas dirimendas in anteceſſum jam denominati; alii *incerti* vel *arbitrarii*, qui, emergente demum lite, pro lubitu, vel ſecundum modum præſcriptum, eliguntur.

§. V.

Ad *Communes* Comitum Auſtrægas, atque *Univerſales* ſecundum quid tales, haud dubie referendi ſunt Auſtræge, quos COMITES WETTERAVICI & SVEVICI Anno 1579. arctiſſimæ *Unionis fœdere* inito, (a) ſibi conſtituerunt (b): Unde & Reichs-Gräffliche Bunds-Austräge non incommode vocantur (c). Cujus inſtituti ratio itidem non alia

 fuit,

(a) Extant *Fœderis* tabulæ apud LVNIG. Spicil. II. Secul. **von Grafen und Herren insgemein**, ſub rubr. **Einigung** und **Verbündniß** zwiſchen denen **Wetterauiſchen** und **Schwäbiſchen** auch andern des **Heil. Reichs Grafen**.

(b) v. d. *Fœd. Art. 7.* ibi: Und da ſich zum Siebenden zwiſchen uns Jrrungen oder Spän zutrüegen, dieſelbigen unſere vertrawete Rhäte und Ampt-Leuth mit einander in der Güette nicht verglichen werden mögen, . . ſo ſollen alsdan dieſelben Spänn und Jrrungen durch nachfolgenden ſchleunigen Austrag gütlich oder rechtlich erörtert und entſchieden werden.

(c) Tales enim Auſtrægæ, a Sociis Fœderis conſtituti, Bunds-Austräge in ſpecie vocantur a SCHILT. *I. Publ. L. 4. T. 7. §. 5.*

fuit, niſi pacis ac tranquillitatis amor, vis publicæ privatæque, pignorationum, captivationum, ſpoliorum, & id genus turbationum, verbo, bellorum inteſtinorum averſatio atque evitatio, denique litium ac diſſidiorum per viam juris potius, quam facti, terminatio (d).

§. VI.

Duo vero ſtatim in principio hic ſtatuta ſunt, antequam via juris Auſtrægarii aperiatur, obſervanda. Primum, ſi quis Comitum forte pigneratione, captura, violenta expulſione, aut ſpolio, adverſus alterum ejusve ſubditos, proceſſerit, adeoque adverſarium actorem facere voluerit: *COMES CONVOCANS* ſeu *DIRIGENS*, vel ſi cauſa ipſum concernat, *ADIUNCTUS*, poſtquam cauſa ad ipſum delata, vel ipſe alias certior de ea redditus eſt, ſub fide dignitatis ſuæ illuſtris data, obſtrictus erit, pignoranti, vel captivos alterius ſubditos detinenti, mandare, ut pignora, vel captivos, ſine lytro reſtituat: cui mandato Pars, ſub pœna 2000. florenorum, parere tenetur (a). Deinde idem, qui manda-

(d) Inſonderheit aber dieweil aus unfueglichen Pfandungen, gewaltigen Entſetzungen und auch ſchlechten Spolien, oder daß einer des andern Unterthanen oder Angehörige, greiffet und fähet, groß und viel Unwillen zwiſchen gemeinen Graven und Herren künfftiglich, da ſolches in dieſer Verainigung nicht vorkommen, erfolgen möchte; So ſoll kheiner den andern oder die Seinen ꝛc.

(a) Wofern aber hierüber Pfandung, Gefengknüſſen und Entſetzung mit oder ohne Gewalt, wie obgemelt, dieſer Ainigung zuwider, vorgenommen, zwiſchen Inen zutragen und begeben würden, und alſo ſeinen Gegentheil zu Kläger machen,

mandatum iſtud decrevit, mox Partem utramque, utriusque ſumtibus, ad locum commodum citabit, atque cauſa breviter cognita, amicabilem compoſitionem ante omnia tentabit: quæ ſi exitum haud ſortiatur, per viam juris cauſa ſequentem in modum diſcutienda (b). Subditi vero Comitum ſub



oder zu gepfendten Tagen zukommen gern tringen wolte, (das doch gäntzlich ſoll vermitten pleiben) ſo ſollen der ausſchreibende Grave, oder ſo er ſelbſt Intereſſent, des Adjuncten, nachdem die Sachen an ſie gepracht, oder ſonſten in Erfahrung kommen, bey Jren Grävlichen Würden, Trawen und Glauben pflichtig und verbunden ſein, den Pfänder und denjenigen, ſo des andern Underthanen gefangen, zugebüeten, die Pfandung alſobalden widerumb ohne Entgelt zu geben, und die Gefangen ledig zu laſſen, welchem Gebott die Parteyen ohne allem Auszug oder Widerredt ſtrackhs und unwaigerlich, ohne Verzug zugeleben und zugehorchen, bey Straffe 2000. Fl. pflichtig und verpunden ſein.

Patet ex his & ſequentibus, & ipſum *Comitem Convocantem* ſive *Dirigentem* Poteſtate quadam Iudiciaria, vi hujus unionis, munitum eſſe: Cum ex officio non ſolum Mandata, vim Mandatorum pœnalium S. C. habentia, quippe quibus ſub pœna definita parendum eſt, decernere, quod adeo imperii eſt; ſed etiam Partes ex officio, ad cauſam ipſorum cognoſcendam, ac litem componendam, citare poſſit: quorum neutrum Judex Auſtrægarius regulariter poteſt. Cæterum *Pœnam*, in quam incidunt non parentes, non niſi *conventionalem* eſſe, facile liquet.

(b) Und ſollen der ausſchreibende Grave oder Adjuncten, die ſolch Gepott fürgenommen, alſobaldt beede Parteyen, uf Jrer beeder Koſten für ſich an gelegene Wahlſtatt vertayen, den Handel nottürfftiglich verhören, und zuvorderſt in der Güette zu vertragen underſtehen, und an ihren Vleiß nichts erwinden laſſen, oder ſo die Güetlichkheit nicht ſtatt haben möchte, die Sach mit Recht uf nachgeſetzte Maß erörtern.

hac diſpoſitione non comprehenduntur, ſed ſi quis horum in alterius territorio deliquerit, forum delicti locum habebit (c).

§. VII.

*Sequitur* modus conſtituendi *Judicium Auſtrægarium*, & *Proceſſus* Auſtrægarius ipſe, ex præſcripto Conven-

*Cauſæ Pignorationum & Arreſtorum*, quibus & *captura* perſonarum maxime continetur, cum ita comparatæ ſint, ut, ex præſcripto Juris Cameralis, *Mandata* S. C. in iis locum habeant, ad Auſtrægas quidem legales, ex ejusdem juris principiis, haud pertinere cenſentur: quod ea, quæ magis ſunt imperii, atque in jubendo & exequendo conſiſtunt, Auſtrægis, quorum tantum ſit notio, neutiquam competant; adeoque Auſtrægæ in cauſis etiam Mandati S.C. quippe quæ hujus generis ſint, regulariter ceſſent. v. *O. C P. II. tit. 22. R. I. 1570. § 84.* GAIL. tr. de *Pignor.* it. tr. de *Arreſt.* RODING. *Pand. Jur. Cam.* L. I. t. 10. 11. BLVM. *Proc. Cam. T. 32. 33.* COCCEI. de *Auſtræg. §. 8. & 14. n 5.* In caſu *violentæ dejectionis* de poſſeſſione, *Mandata* itidem, licet *cum clauſula* tantum, decerni dicuntur. v. COCCEI. de *Abuſu Mand. S. C. §. 25.* In caſu ſaltem *ſimplicis Spolii* certum Auſtrægarum modum etiam ipſa Lex Ordinationis præfinivit. v. *O. C. P. II. t 8.* RODING. *L. I. Cap VI. §. 12.* Nihilominus in omnibus his cauſis etiam Auſtrægæ Comitum Conventionales, uti ex hoc & præcedenti textu patet, locum habent.

(c) Doch ſollen die Underthanen, do etwann einer oder mehr in eines andern Obrigkheit, Es were in Maleſitz, Freveln oder dergleichen bürgerlichen ſtraffwürdigen Sachen, was ſtraffwürdigs begangen, hierunter nit gemainet ſein, ſonder unſer jeder die ſtraffbare Sachen, ſo in ſeiner Obrigkheit begangen werden, der Gepür und dem Verſchuldten nach zu ſtraffen und mit zuläßigen Pfanden, ſeine Gerechtigkheit zu erhalten Macht haben, wie ſonſten überall gebräuchlich, und ein jeder in der Poſſeſſion iſt.

Conventionis (a) hic inſtituendus: quamvis idem in nonnullis proceſſui, in Ordinatione Camerali præfinito, ſit accommodatus (b). Quod ſi igitur amica compoſitio non ſucceſſerit, (c) REVS, vi hujus unionis, ſub pœna prædicta, obligatus erit, prævia ACTORIS *requiſitione* (d), intra 4. menſium ſpatium

*tres*

(a) v. *Ord. Cam. d. a. 1495.* rubr. Wie Churfürſten ꝛc. ibi: Welche ſonderliche gewillkührte Rechtliche Austräge haben, der ſollen ſie ſich, laut derſelben, gegen einander gebrauchen.

(b) Unde & ex hoc lucem eidem fœnerari licebit.

(c) Wo dann über angewandten Vleiß die Güettlichkheit, in was Sachen das were, nicht Volg oder Statt haben würde; So ſoll der Beklagte, in Krafft dieſer Vergleichung und Verſtändniß, bey obbemeldter Pöen ſchuldig und verpunden ſein, uf des Klägers Anſuechen, innerhalb vier Wochen, drej Graven aus der Verainigung, die unpartheyiſch, und dem Cläger über zwölff Meil Wegs nit entſeſſen, zu benennen, daraus der Cläger einen zum Richter kieſen, und demſelben den angeſprochenen Graven, auch in vier Wochen, nach der Benennung obgemelt, durch ſein kundlich Schrifft verkünden, und ſie von beeden Theilen, alsdann derſelben in vierzehen Tagen den Rechſten umb Annemung und Tagſetzung ſämptlich erſuechen, mit ſolcher Sach zu beladen.

(d) An cum requiſitione hac ſimul *Libellus* transmittendus ſit, neque hic, neque in Ordinatione Cam. definitum eſt. Non neceſſarium illud eſſe, ex ſequentibus, ubi intentionem Actoris cum Citatione Reo transmittendam eſſe, placuit, colligas licet. Adeoque & hic ſummariam juſtitiæ cauſæ deductionem cum requiſitione Reo transmitti, ſufficere videtur, uti & DECKHERRVS *Vindic.* ad BLVM. *T. XXVII. n. 59.* circa Legales Auſtrægas cenſet. *Formulam* Requiſitionis, & Reſponſi ad eam exhibet SCHWANMAN. *Proc. Cam. L. I. Cap. 4.* quales formulas haud dubie etiam in Conventionalibus hujusmodi Auſtrægis adhibere licebit.

*tres Comites* ex fœderatis, Partibus haud addictos, nec ultra 12. milliaria ab Actore diſſitos (e), denominare: ex quibus ACTOR *unum* eliget, atque REVM de *ELECTO COMITE*, intra quatuor menſes, poſt factam denominationem, per litteras *certiorem* reddet (f); utraque vero Pars eundem, ut cauſam ſuſcipiat, atque diem ipſis dicat, intra quatuordecim dies implorabit (g).

§. VIII.

*ELECTVS* Comes *munus Judicis* ſibi delatum, citra tergiverſationem, vi unionis, ſuſcipere tenetur. Idem dein (a) Partes, intra *trimeſtre* ſpatium coram ſe in *Perſona*, vel per *Procuratores*, comparituras, *citabit*, Actoriſque *Intentionem*, ut Reus paratior

(e) In Auſtrægis Legalibus *Ord. Cam. de A. 1555. P. II. Tit. 3.* Iudex, non ultra 12. milliaria a *Reo*, dem Antworter, diſſitus eligi debet.

(f) Exempla hujusmodi *Certificationum* quas vocant, Actoris nempe de Electo ex nominatis a ſe Iudice, ad Reum, ejusdemque & Rei, ad Electum, extant apud SCHWANMAN. l. c.

(g) *Inſinuatio* hujusmodi Certificationum ac Implorationum vel per *Notarium* & teſtes, vel per *litteras*, recepto deſuper documento, vulgo, *Recepiſſe*, fieri poteſt. *Inſtrumentum Notarii* ſuper Requiſitione ejusmodi ac Imploratione inſinuata, habetur ap. SCHWANMAN, l. c. *Cap. 21. n. 6.*

(a) Welches auch der erwölt Grave, ohne ainige Waigerung anzunemmen ſchuldig, und darauf beede Parteyen innerhalb zweyen Monaten vor Jne ſelbſt, oder durch jre vollmächtige Anwälde zu erſcheinen, citiren und in ſolcher Ladung des Clägers Spruch und Forderung, damit ſich der Beklagt darnach zu richten und deſto gefaſter erſcheinen möchte, vermelden ſoll.

ratior accedere queat, *Citationi* junget (b): In primo hoc *Termino* (c) ACTOR Citationem, cum relatione nuncii de facta Citatione, reproducet, atque *Libellum articulatum*, (d) & *quotatum* (e) (ut in foro loquuntur) eundemque duplicem, una cum *Mandato*, exhibebit, *litemque*, affirmative *conteſtabitur*: quorum omnium copiam unam *JUDEX* electus, notata illorum *præſentatione*, retinebit, alteram cum REO communicabit. Pariter REVS in eodem primo Termino *Mandatum*, quod æque ac Mandatum ACTORIS, ad integram cauſam accommodatum erit,

F pro-

(b) *Cauſa* Citationi, etiam ſecundum communia Proceſſus Judiciarii principia, ſemper jungenda. v. VMM. *Diſp. v. n. 53.* Iure Camerali noviſſimo Libellus ſemper vel ſeparatus Citationi adjiciendus, vel ſaltem tenor illius huic inſerendus. v. BLVM. *Proc. Cam. T. LXV. n. 21.*

(c) Uf welchem Gerichts-Tag Cläger die ausgegangene Citation zuſameſt des Potten zurueckh aufgezeichneten Inſinuation reproduciren, und ſeine Klag articulirt, quotirt und doppel ſameſt einem Gewalt einbringen und litem affirmative conteſtiren, deren Copien eine der erwöhlte Richter, mit Aufzeichnüß der Production, zu behalten, und die andere dem Beclagten zu behändigen.

(d) Tempore initæ Unionis *Libellus articulatus* adhuc fuit in uſu. Sed cum poſtea, *Receſſus* Imp. *Noviſſimus*, §. 34. abrogato Libello articulato, omnibus in cauſis juſſerit, die Klage oder Libell allein ſummariſcher Weiſe, darinnen das Factum kurtz und nervoſe mit angehengter Concluſion und Bitte zu übergeben; nihil impedire videtur, quo minus & Libellus ſummarius coram Auſtrægis Comitum Conventionalibus locum habere queat.

(e) *Quotatus* Libellus ſtylo curiæ dicitur, in quo Articuli numeris diſtincti ſunt. Articuli enim in Libello numeris accurate

producet (f). Idem deinceps intra bimeſtre ſpatium (qui adeo ſecundus, ut videtur, Terminus erit) *litem* negative *conteſtabitur*, ad *Libellum* articulatum, uti par eſt, per verba, glaube wahr oder nicht wahr, diſtincte *reſpondebit*, ac, ſi exigatur, *Juramentum calumniæ* præſtabit, ſed *Reconventionem*, ſi quam habet, juxta cum *Articulis defenſionalibus* (g), exhibebit.

## §. IX.

ACTOR intra menſem ad REI exhibita, *Libellum Reconventionis* ac *Defenſionales*, reſpondebit, atque in puncto Principalium *Exceptiones* ſuas contra reſponſiones in medium proferet: REUS quoque, ad Libellum ſufficienter reſponſum eſſe, Judici decernendum

---

diſtinguendi ſunt, ſo man Quotieren nennet, ut ſic ad ſingulos ordine reſponderi queat. v. Ord. Cam. P. III. c. 14. und ſollen. Add. SCHWANMAN. l. c. *Cap. 41 n. 7.*

(f) Alſo der Beklagt uff ſolchen Erſten Termin ſein Gewalt, wie auch des Clägers uff die gantze Haupt-Sach gerichtet ſein ſollen, produciren, darauf der Beklagt in Zeit zweier Monaten litem negative conteſtiren, uff die articulirte Klage wie ſich zu recht gepührt, durch die Wörter glaub wahr oder nicht wahr, underſchiedlichen Antwortten, und wo es begerth, den Aydt für Gevärde thun, dergleichen da Er einige Reconvention fürzubringen, zuſameſt den Defenſional Articuln, da Er einige hette, einbringen ſolle ꝛc.

(g) *Defenſionales* dicuntur Articuli, qui *Exceptiones* continent, quibus Reus adverſus Intentionem Actoris ſe defendit; unde & *Exceptionales* vocantur. v. SCHWANMAN. *L. I. C. 56. n. 3.* Sicut enim Actio olim in Libello per Articulos, ita & Exceptiones per Articulos proponebantur.

nendum relinquet. Idem quarto in puncto *Reconventionis*, vel *Defenſionalium*, intra menſem contra reſponſionem ad *Reconventionales*, ſeu *Defenſionales*, excipiet: ACTOR vero, ſufficienter reſponſum eſſe, decreto pariter ſubmittet. Quo facto, *JUDEX* Electus, an ſufficienter reſponſum ſit, interloquendo decernet: quale *Interlocutorium*, ut & omnia reliqua *Decreta*, utrique Parti, ſoluta nuncio mercede, transmittenda: denique Partes, ſub pœna ſuperius dicta, omnino parere oportebit. Moderatio tamen hujusmodi pœnæ a Convocantis, vel Adjuncti, vel etiam Electi Comitis ſive Domini, arbitrio pendebit (a).

## §. X.

Deinceps & ACTOR & REUS ad *Probationem* Acti-



onis

(a) Uff welches Clagern einem Monat uff die Reconvention-Klage, und Defenſionales reſpondiren und in puncto Principalium, ob Er wohl ſeine Exceptiones contra Reſponſiones fürbringen, und der Beclagt in dieſem dritten Termin, das auf die Clage gnuegſamb geantworttet, zum Beſchaidt geſetzt; Wie auch zum vierdten in puncto reconventionis oder defenſionalium in einem Monat contra reſponſiones ad reconventionales, ſeu defenſionales, excipirt, und Cláger daß ſufficienter reſpondirt, zum Beſchaidt ſubmittirt, und uff ſolches der Erwehlt Richter, ob gnuegſam geantwort oder nicht, interloquirt, und ſolchen wie durch alle andere Beſchaidt beeden Parteyen uff ire Pottenlon zugeſchickht werden, und die Parteyen bei Vermeidung der hie oben verlobten Pöen in allweg zu gehorſamen ſchuldig ſein. Jedoch ſoll die Moderation ſo wol obbenannter Straff, als dieſes Pöen falß halben, nach Geſtalt und Gelegenheit der Sachen, bei den erkhieſten Ausſchreibenden und Adjuncten, oder aber erkhieſeten Graven und Herrn Erkhándtnuß ſtehen.

onis & Reconventionis ac Defenſionalium, pro re-nata, intra menſem nominationem *Commiſſariorum* a partium ſtudio alienorum, cum petitione pro Commiſſione & omni dilatione probandi, ſpatiumque ſufficiens præfigendum ſibi expetent. Et ſi utraque PARS *Commiſſariis* datis contenta ſit, bene ſe res habet: ſin minus, VTRAQVE PARS intra 4. menſes excipiet, ac ſimul ratione illorum decreto rem ſubmittet. ELECTVS autem deſuper interloquetur, atque adeo *Commisſionem* Commiſſariis probatis, cum clauſulis omnia documenta coram illis producendi, atque Parti adverſæ, Examini Notarium, partium ſtudio vacuum, adjungendi facultate reſervata, ſed & Notarios vel Scribas a Partibus in eo adhibitos, juramento obſtringendi, ac ſi oculari inſpectione opus ſit, teſtes in rem præſentem ducendi, eamque per pictorem fide dignum delineandam, decernet; cum annexo, *Examina* iſta clauſa Electo *IVDICI* a Commiſſariis transmittenda (a).

§. XI.

(a) Hierauf Cleger und Beclagter zu Beweiſung ihrer Clag, Gegen-Clag, und defenſionalium reſpective in Monats-Friſt nominationem unpartheyiſcher Commiſſarien, cum petitione pro Commiſſione & omni dilatione probandi gerumme Zeit anzuſetzen bitten, da dann beede Theil ſolcher Commiſſarien zufrieden, hat es ſein bleiben, wo nicht, ſollen beede Theil dargegen in Vier Wochen excipiren, und zugleich in puncto derſelben zu Beſchaidt ſetzen, uff welches der erwöhlte hierüber interloquiren, und demnach Commiſſion an die bewilligte Commiſſarien cum clauſulis, alle und jede brieſliche Urkhunden vor jenen vorzubringen, und dem Gegentheil der Verhör einen unpartheyſchen Notarium zu adjungiren vorbehalten, alß auch die Notarien oder Schreiber

§. XI.

*Examinibus*, ſive *Rotulis*, quos vocant, clauſis exhibitis, PARTES, vel harum Procuratores, ad recognoſcendum ſigilla, Rotulis Examinum impreſſa, & ad videndum publicari, nec non producendum inſtrumenta, ſi hoc coram Commiſſariis nondum factum ſit, debent citari; atque in Termino præfixo, tam in puncto Principalium, quam Defenſionalium articulorum, in Con- & Reconventione, ad exhibenda *Probationis* & *Exceptionis* ſcripta, duo menſes, qui tamen a tempore communicatæ Copiæ Atteſtationum demum currere incipient; ac porro utrique Parti, ad *excipiendum*, aut *replicandum*, iterum duo menſes; denique ad *concludendum* & *producendum* omnia, etiam duo menſes, præfigendi. Erit tamen penes Judicem electum, ſpatium præfinitum, pro ratione circumſtantiarum, cauſarum & perſonarum, prout hæ prope, vel procul, abſunt, prorogare, vel coarctare: & in caſibus, ubi Partibus, vel Ipſarum, vel Advocatorum cauſa, veluti per mortem, morbum, aut alias legitimas cauſas, impedimenta obveniant, legitimaque hujusmodi impedimenta ab illis demonſtrentur, dilationem concedere; ut tamen hoc obtentu malitioſa



ſo von beeden Theilen hierzue gepraucht, in gepürende Pflicht und Ayd zu nemmen, und wo von nötten den Augenſchein einzunemmen, die Zeügen darauf zu füehren und durch einen unparteyſchen Mahler abreiſſen zu laſſen, decernirten, mit dem Anhang, daß ſie die Commiſſarien ſolche Examina dem erwöhlten Richter verſchloſſen überſenden ſollen.

tioſa protractio ac mora non quæratur. Pari ratione, ſi ACTORES vel REI *contumaces* emaneant, ELECTI IVDICES poteſtate gaudebunt, ad implorationem alterutrius Partis, agendi ac decernendi, quicquid Jus Commune, & Ordinationes Imperii de *contumacia* Actoris vel Rei diſponunt (a).

§. XII.

(a) Wenn denn die Examina verſchloſſen einkommen, ſollen beede Theil, oder deren herzu Gevollmächtigte Anwälde, ad recognoſcendum ſigilla den rotulis Examinum aufgetruckht & ad videndum publicari nec non producendum inſtrumenta, wo das vor den Commiſſarien nit geſchehen, citiren, und in demſelben Termin tam in puncto Principalium quam defenſionalium articulorum in con- & reconventione, zu Einbringung der Probation und Exception-Schrifften, zween Monat, aber allererſt a tempore communicatæ Copiæ Atteſtationum angehen ſollen und fürter beeden Theilen darwider zu excipiren und repliciren abermals zween Monat und letzlich beederſeits endlich zu concludiren & ad producendum omnia auch zwei Monat beſtimpt werden, doch ſoll zu deß erwehlten Richters Ermeßigung und Guetachten ſtehen, ob beſtimpte Zeit nach Gelegenheit oder Wichtigkheit der Sachen und Perſonen, nachdem dieſelben fern oder nähe geſeſſen, anzuſetzen, auch in Fällen, da beede Partenen Irer ſelbſt oder deren Advocaten halben, durch deren tödtlichen Abgang, Schwachheit, Abweſen oder andere erhebliche Fälle, Verhinderung fürfühlen, und Ehehafften kündlich beſcheineten, geraume Zeit und dilation zu geben, doch daß hierunder khein gefährlicher Vffhalt und Verzug geſuecht. In Gleichnüß ſollen die erwölte Richter Macht haben, da Klagende oder Beclagte Parteyen im Ungehorſam auſſen pleiben, uff Anrueffung eines oder andern Theils hierinnen zu handeln, was dißfalls gemeine Recht und Rechts-Ordnung von der Cläger und des Beclagten Ungehorſam diſponiren.

## §. XII.

Quodſi etiam *ELECTVS IVDEX*, ante finitam litem, decedat, ACTOR, ex reliquis duobus propoſitis Comitibus, unum deliget, qui & munus ſuſcipere atque litem ad finem perducere cogetur: & quidem ad modum prædictum, ita, ut quæ coram Comite deceſſore acta ſunt, eidem exhibeantur, ac porro agatur, quod juſtum eſt (a).

## §. XIII.

Quod ſi jam ab VTRAQVE PARTE, quæ ad cauſæ ſuæ merita ſpectant, propoſita ſunt, atque ad ſententiam definitivam concluſum: omnia *Acta*, prout coram *IVDICE ELECTO* peracta, atque diligenter in ſcripturam redacta ſunt, præſente utraque Parte, conferenda, atque a Iudice Electo, utriusque Partis ſumptibus, ad Academiam, a partium ſtudio alienam, vel ad unum, vel plures, pro arbitrio Judicis, aut Partium placito, vel etiam pro qualitate ac gravitate cauſæ, Juriſconſultos, neutri Parti miniſterio aut alia ratione addictos, citra moram *transmittenda*, atque adeo *Sententia* deſuper expetenda. Et poſtquam *Sententia definitiva* pronunciata, eaque *ELE-*

(a) Da auch der erkhorene Richter abgienge, ehe die Sache zum Ende käme, ſoll der Cläger aus den andern zweien fürgeſchlagenen Graven einen erkieſen, der ſoll es auch anzunemmen und zu vollnführen ſchuldig ſein, uff maſſen, wie oben gemeldt iſt, und das vor den bracht werde, waß vor dem abgangenen Graven verhandelt worden, und ferner in der Sachen ergehet und geſchicht was recht iſt.

*ELECTO IVDICI*, cum Actis & Rationibus decidendi, remiſſa erit: Judex Acta & Rationes mox inſpiciet, ſeduloque perpendet; atque ſi in facto & jure omnia fundata deprehendantur, Partibus citatis eadem publicabit; vel ſi error aut defectus in facto vel jure animadvertatur, eundem cum ſua ſententia Academiæ vel Juriſconſultis, a quibus ſententia concepta, denuo tranſmittet, ulteriorem Declarationem petet, atque dein ſtatim eam publicabit (a).

§. XIV.

---

(a) Wann dann alſo zu beeden Theilen alle Notturfft gehörter maſſen fürbracht, und zu dem End-Urtheil beſchloſſen; So ſollen alsdann alle Acta und Handlungen, wie die vor dem erwölten Richter geübt, ergangen und aigentlich uffgeſchrieben worden, mit Vleiß regiſtrirt und in Beiſein beeder Parteyen oder der iren collationirt und durch erwölten Richter uff beeder Parteyen gleicher Coſten, Einer unparteyſchen Univerſität oder einem oder mehr, nach diſcretion des Richters oder Bewilligung beeder Parteyen und nach Gelegenheit und Wichtigkeit der Sachen, Rechts-Gelehrten die kheiner Partey mit Dienſten oder ſonſten verwandt, unverzüglich überſchikhet werden, ein Urtheil darüber fällen laſſen, und ſo ein End-Urtheil darinn verfaſt, und dieſelb dem erwöhlten Richter ſampt den Acten und Motiven von der Univerſität oder Rechts-Gelehrten verſchloſſen zukommen; So ſoll der erwölt Richter ſolche Acta und Motiven ufs fürderlichſt beſichtigen, und mit allem Vleiß erwegen, wo dann befunden, daß ſie in facto & jure, wie ſie geſtellet, gegründet, alsdann in Gegenwertigkheit beeder Parteyen hierzue citirt, publiciren und eröffenen, oder aber da einiger Irrtumb oder Mangel in facto & jure befunden, denſelben neben ſeinem Bedenckhen, der Univerſität oder Rechts-Gelehrten, ſo hierüber die Urtheil gefaſt, überſenden, ire ferner Declaration begehren, und demnach unverzüglich publiciren.

§. XIV.

Utraque etiam Pars *Sumtus*, in amicabilem compoſitionem, aut viam juris, itemque victum Judicis, requiſitionem Academiæ vel Juriſconſultorum, ſive transmiſſionem Actorum, Scribarum ac Nunciorum mercedem, aut alia ratione neceſſario impenſos, ante publicationem ſententiæ definitivæ, reſtituet (a).

§. XV.

Quæcunque autem Pars Sententia definitiva, aut interloqvutoria, quæ vim definitivæ habet, gravatam ſe exiſtimaverit (a), illi integrum erit, ad o-

G mnes

§. XIV. (a) Es ſollen auch beede Parteyen den Coſten ſo uff die güetliche oder rechtliche vollnfürte Handlung, mit Zehrung des Richters, Erſuechung der Univerſitet und Rechts-Gelehrten, Schreiber, Bottenlon und in andere Weeg nottwendig uffgangen, vor Eröffnung der End-Urtheil ſamentlich entrichten.

§. XV. (a) Welcher Theil denn durch ſolch Endt-Urtheil oder Bei-Urteil ſo Crafft einer Endt-Urtheil hetten, beſchwerdt zu ſein vermaint, dem ſolle bevorſtehen von ſolchem an ſammentliche Graven und Herrn diſer Correſpondenz zu appelliren, und ſein Appellation bei dem der Zeit ausſchreibenden Graven, oder wo die Sach denſelben angieng, bei einem unparteyiſchen Adjuncten, innerhalb eines Monats, anzubringen, und ſoll dem Appellanten frey ſteen, innerhalb vier Monaten entweder uff die Acta erſter Inſtanz zu ſchlieſſen, uff welchem Fall der Appellat auf dieſelben gleichfalls alsbaldt zu ſchlieſſen ſchuldig, oder aber in einer Schrifft alle ſeine Gravamina, warumb das Urtheil nicht rechtmeßig ſein ſolle, mit gnuegſamer Ausführung einzubringen, und mit Repetirung der Acten erſter Inſtanz gentzlich zu ſchlieſſen, zugelaſſen ſein, uff welchen Weeg dem Appellanten in vier Mo-

mnes *COMITES* ac *DOMINOS* hoc fœdere inter ſe colligatos, ab eadem *appellare*, atque *Appellationem* ſuam *COMITI* tunc temporis *DIRIGENTI*, vel ſi res eum tangat, ADIVNCTO, cujus non intereſt, exhibere. Integrum quoque erit APPELLANTI, intra quatuor menſes vel ad Acta primæ inſtantiæ, ſubmittere; quo caſu Appellatus pariter ad eadem mox ſubmittere debet: vel in uno ſcripto omnia cum ſufficienti deductione, quare ſententia juſta non ſit, proponere, & cum repetitione Actorum primæ Inſtantiæ, prorſus in cauſa concludere; quo facto Appellato intra quatuor menſes nihil niſi unum Contradictorium ſcriptum, in quo Acta itidem repetat, atque defenſionales, quare Pars ſuccumbens ſufficientem, a ſententia appellandi, cauſam non habeat, exhibere, permiſſum erit.

## §. XVI.

Quod ſi *nova* emergant *Gravamina*, quæ probatione opus habent, nec in prima Inſtantia proponi potuerunt, quod nullam eorum notitiam habuerit Appellans, idque ſub fide dignitatis ſuæ illuſtris asſeverare voluerit: eadem, non tamen niſi arbitrio Judicis, beneficio appellationis, & clauſulæ; non dedu-

naten weitter nicht, dann eine Contraction, (haud dubie legendum, Contradiction) Schrifft, darin Er die Acten gleichfalls repetire, und ſeine Defenſionales, warumb auch der verliehrende Theil von dem Urtheil zu appelliren, nit gnuegſam Urſach oder Fueg hette und zu Recht zu ſchlieſſen, einzubringen zugelaſſen ſein ſoltte.

deducta deducam, probare licebit, modo non doloſa quæratur protractio (a).

## §. XVII.

Hoc facto (a) *COMES CONVOCANS*, penes quem *Appellatio* interpoſita eſt, Acta primæ & ſecundæ Inſtantiæ, Appellante & Appellato, vel eorum Procuratoribus, præſentibus, obſignabit, & juxta cum *CONVOCANTE*, utraque PARS *IUDICIUM IMPERII CAMERALE* ſcripto implorabit, ut Sententiam definitivam deſuper concipiat (b). Quæ ubi per Convocan-



